

137



R: 4: 20  
D: 2: 25

Q-110

DUE OPERE: HODIBENA -  
AURIA -

PER LA PRIMA OPERA RICCARDI LA CITA  
SENZA DARNE COLAZIONE.

PER LA SECONDA RICCARDI CITA LA  
STESSA EMIZ. DANDO COLAZIONE DIVERSA  
CON MENO CARTE.

**H**odiernus Calamus, Latino, Italoue Idiomate, composuit,  
& expressit: nondum tamen publico iuri commisit.

- 1 Pera Viatoria Peragrantium ad Sophiam, plurimis ac varijs ad Animi lassitudines leuandas, mentemq; refocillandam, Opsoniorum, vel Tragematum generibus referta.
  - 2 De Præmeditandis Mundanis Excessibus, seu de Septē Naturæ Detrimentis, Fame, Peste, Bello, Terremotu, Incendijs Diluuijs, & Sectis.
  - 3 Rerum Coelestium peculiâres obseruationes.
- De Obiectu sensibili noua scientia: Opus tripartitum videlicet.
- 4 De Causis Diaphanitatis, & Opacitatis.
  - 5 De Causis Albedinis, & Nigredinâs.
  - 6 De Causis Caloris, & Frigiditatis. (nere, & in specie.)
  - 7 De Causis Iridis, & Antiridis, & de Causis Colorum in ge-
  - 8 De Temporum Dimensionibus ad præscientiâ Effectuum producendorū ex ipsius Coeli Stellarūq; afflatu. Ad Astrophilos Vbi Lunæ, & Planetarū latitudines, nō simplices, sed apparētes considerandas esse demonstratur, atq; scitu digna considerantur
  - 9 De Magnitudinibus Stellarum inerrantium visis, non rectē suis quibusq; Ordinibus, recensitis; & quod neq; Iubarum coloribus illarum facultates respondeant.
  - 10 Floris Mellis, & Apis Anatome, vbi Mellis scatorigenem, non de foris à Rose, sed intrinsecus à stipite, in Calicem florit, fieri, demonstratur.

Italo vero Idiomate.

- 1 L'Equità della Natura nel distribuire diuerse corteccie, e coprimenti à i frutti.
- 2 Le cause della Tenacità nel Gesso, & in tutte le mat. viscose
- 3 Le cause delli spauenteuoli cinq; Dragoni Aerei pendenti dalle Nuuoli, sul mare di Montechiaro à 29. Settembre del 1648. Osseruati dell'Autore in Palma.
- 4 Rutilio Benincasa illustrato, e suo Almanacco Ristorato.
- 5 Rapimento della Mente humana della bellezza delle cose sensibili, alle intelligibili.
- 6 Il Cielo stellato distinto in centro Mappe, ò Tauole; doue; con facilità, si insegna à conoscer tutte le Costellazioni stellificati nel firmamento.
- 7 Le vere cause della Salzezza del Mare.

AVTOLYCI. DE. VARIO  
ORTV. ET. OCCASV  
ASTRORVM. INER-  
RANTIVM.

LIBRI. DVO.

NVNC. PRIMVM. DE. GRÆCA  
lingua in Latinam conuersi: Scholiis antiquis  
& figuris illustrati, de Vaticana  
Bibliotheca deprompti.

IOSEPHO. AVRIA. NEAPOLITANO  
INTERPRETE.



230

ROMÆ: Ex Typographia Vincentij Accolti, in Burgo.  
Superiorum permissu. M. D. LXXXVIII.

Digitized by the Internet Archive  
in 2017 with funding from  
Getty Research Institute



ADMODVM · ILLVSTRI  
REVER.<sup>mo</sup> D. ALEXANDRO  
GLORIERIO. CAMERÆ  
APOSTOLICAE. CLERICO.  
DIGNISSIMO.

*Iosephus Auria Neapolitanus S. P. D.*



CCE tandem, ALEXANDER, veniunt aliquando ad te, iam diu illi quidem & addicti tibi, & debiti a me, Autolyçi mathematici, auctoris antiquissimi, doctissimi- que libri duo, de astrorum inerrantium vario ortu, & occasu, a me de græca lingua in latinam omni diligentia conuersi. Munus equidem, fateor, perexiguum, si tuæ dignitatis, tuarumq. virtutum amplitudo spectetur; mei si tenuitas ingenij, admodum mediocre; si animus, omnino magnum. Nam cum tibi tantum debeam, quantum cogitatione vix, ne dum scribendo assequi me posse confidam, cumque præstantibus virtutibus tuis multum semper tribuerim, quas in ore esse omnium in aula Romana iam pridem summa cum tua laude, & commendatione intelligerem, cuperemque extare apud omnes testimonium de singularibus virtutibus tuis meū, grati animi in te mei, humanitatis & amoris erga me tui, hoc genere lucubrationum mearum, quo genere maxime quidem afficior, tibi, vt arbitrator, futuro iucundissimo, accedere ad te hoc tempore non sum veritus. Est ita profecto, vt omnes vno ore fatentur, ALEXANDER, quod ego summa cum voluptate omni tempore expertus sum, & prædicare non desino, ea esse

virtutum tuarum ornamenta, facile omnes ad tui admirationem, amorem, obseruantiamque vt alliciant. Sunt in te illi mores, quos Poetæ aureos mores appellant, quibus animos hominum sic rapis, & ad te ipsum conuertis, nemo vti fit quisquam, qui, si tua dulcissima consuetudine frui semel contigerit, non optet vitæ suæ omne tempus libentissime tecum consumere: Comitas tanta, quantam qui experiuntur quotidie, nō modo in congressibus familiaribus, sed in rerum maximarum tractatione, quibus multos annos felicissime vacas, nihil in te, quod non præclarum, excelsum, eximium, magnum sit, amplius sint desideraturi. Sed ne quis existimet, ALEXANDER, me, quæ de tuis laudibus scribere sum adgressus, non vera virtutum tuarum prædicatione accensum, sed adulatione potius, a qua longissime absum, incitatum, & aucupandi causa gratiam tuam, scribere, DEVM Immortalem testor, nihil a me verius, neque magis ex animi mei sententia scriptum vmquam fuisse, quàm quæ nunc breuiter de laudibus, & virtutibus tuis scribenda putavi. Nam quis feracissimum istud ingenium tuum non admirabitur, & prædicabit simul? Tu primis illis laboribus grammaticorum libris volutandis breui tempore perfunctus, vix duodecim annum agens, tantam linguæ latinæ intelligentiam tibi comparasti, vt post Rhetorum, Poetarum, Oratorum deinde exactam cognitionem, qua ætas illa puerilis solet imbui, & erudiri, cum ad Dialecticam, & Philosophiam animum conuertisses, altero anno vix perfecto, tantam es intelligentiam in illis studiis assequutus, vt loquentem te qui audirent suauiter, atque iucunde, qui orationem melle dulciorem exciperent manantem de ore tuo venustissimo, prudentem simul, atque peritam, fortunatissimum parentem tuum, qui te haberet filium tali ingenio præditum, felicissimum te ipsum etiam & dicerent, & prædicarent. Legum autem studia, quibus vita hominum regitur ad bene, beateque viuendum, conseruantur vrbes, regna tuentur, & propagantur, vitæ humanæ societas sanctissime continetur, amplexus; memoria,



moria, qua es singulari, iudicioq. eximio præditus, tantum breui tempore in his fecisti progressionis, vt demandatum tibi sit adolescenti adhuc, a Pio Quarto Pontif. & Max. & Sapientissimo, cui tu in primis charus, iucundusq. eras, pater tuus Cæsar vir prudentissimus, gratus, vniuersa familia vestra acceptissima, munus de loco superiori Iuriconsultorum libros publice interpretandi. In quo munere ita ingenium eluxit tuum, vt quam antea semper concitabas omnibus exspectationem tui iam inde ab incunabilis ipsis, eam exspectationem non adæquare te modo, sed felicissime superare, admirarentur omnes. Mitto hic historiarum, & latinarum, & græcarum cognitionem, quæ togatum virum, prudentem, sapientemq. facit: quarum historiarum imitatione sic ducis, vt vitæ tuæ cursum ad præclarissimorum exemplum hominum, qui & virtutum insigni gloria, & rebus præclare gestis excelluerunt, semper esse conformandum sapienter tu quidem duxisti. Illa vero tua humanitas, illa morum tuorum sanctitas, illa denique vitæ tuæ integritas: & religio, Deus bone, quanta est? Equidem, ALEXANDER, cum mentem, cogitationemq. soleo interdum meam desigere in virtutibus tuis, tantas eas esse, tamq. illustres intueor, vt arrogantis esse videatur velle eas scribendo sigillatim recensere; ingrati animi, non illustrare scriptis, & inuidenti laudibus tuis, eas non consignare monumentis litterarum in omnem æternitatem aliquo modo. Ac tamen si comperitissimum mihi sit aspernari te quodcunque genus sit laudum tuarum; quippe qui virtutem ipsam ducem sequaris, eiusq. nitaris adminiculis, neque aliunde, vel extrinsecus pendeas; tamen ego, qui hoc ingenio sum, vt laudes illustrium virorum nefas esse arbitror silentio præteriri, cum tibi multis nominibus præterea sim deuinctus, hæc, quæ breuiter nunc commemoravi, præteriri a me sine maximo scelere non posse mihi persuasi. Tu enim omni tempore me humanitate ista tua singulari es complexus; tu me officiorum omni genere benigne es prosequutus; tu

**Illustris. & Reuerendis. Cardinali Sirleto, viro omni genere laudis florentissimo, qui tibi, dum vixit, multum semper tribuit, cooptatum me iam in domesticorum numerum suorum sic semper commendasti, vt cum ille omnia in me prolixè conferret, quæ & ad studiorum meorum rationē, & ad vitæ sustentationem pertinerent, & ad dignitatē meam ornandam, & augendam omne studium collocaret suum, facile me tuo studio, & gratia rebus illis omnibus ornari sentiebam. Quæ res quidem cum grauis ex se ipsa apud me esse soleat, tum vel maxime præstantes animi tui, & singulares dotes, vt hoc vtar genere orationis, & adhortatæ sunt, & impulerunt. Igitur ad has tantas virtutes tuas, quibus immortale nomen es assequutus, accedit etiam vitæ eximius splendor, & prædicandus. Etenim opes illas, quibus alij ad luxum abutuntur, quas opes parentis tui summa virtute partas habes, tu ad gloriam nominis tui propagandam, ad familiæ vestræ splendorem, ad pietatem, ad litteratos viros adiuuandos, ad cetera, te ipso digna, putas esse collocandas. Familiæ vero nobilitatem, fratrum tuorum, ceterorumq. affinium summas virtutes non exponam: sunt enim hæc adeo nota omnibus, vt scriptionis meæ testimonio haud egere videantur. Quibus rebus omnibus non tu quidem gloriaris aliquo modo, sed pie, sancte, religiose viuendo, iis multum splendoris afferre videris. Me quidem certe, GLORIERI, cum hæc singula mouerint ad scribendum, tum benemereri de litterarum studiis dum cogito, & de horum librorum tandem editione statuo, amicorum exhortationibus cupiens satisfacere, sub tuo nomine venire eos in manus hominum doctissimorum cum aliqua vel mediocri prædicatione de virtutibus tuis mea, sum passus. Nam cum animaduertirem quorundam in disciplinis sectandis ineptam consuetudinem, qui, græcis ommissis auctoribus, quorum in omni genere scientiarum fuit semper excellēs ingenium, latinos tantū sectantur, consulendum hac quidem in parte studiosis, qui serio disciplinas amplectuntur, iudicavi: Nec ipse ignoras anno superiori edidisse me in**

hoc

hoc genere disciplinæ libellos duos, quos quidem & com-  
mendari à studiosis intellexi, & a te fuisse probatos in pri-  
mis, mire sum gauisus, & memini, me, si quos alios huius ge-  
neris haberem in manibus, vt ederem, te impulisse. Cuius  
exhortationibus si forte serius satisfacio, quam par esse vi-  
debitur, non dubito, quin excusationem meam sis libentis-  
sime accepturus: Neque enim te præterit quot, quantisq.  
distinear occupationibus, quæ etsi me à studiis possint inter-  
dum meis inuitum distrhaere, non tamen ob officio meo  
in te, quod præstare, licet paullo fortasse serius, sum cona-  
tus, potuerunt vmquam depellere. Accipe igitur hos Auto-  
lyci libros ad scientiam primi mobilis pertinentes eo, quo  
à me tibi mittuntur animo, maximo scilicet, & beneuolen-  
tissimo, & me, quem semper habuisti tui studiosissimum, &  
habebis in posterum præconem laudum, atq. virtutum tua-  
rum, & amare, & complecti perge, vt me mihi metipsi cha-  
rissimum, cumulo amoris tui, multo reddas in dies chario-  
rem. Vale: Romæ. Kal. Augusti. M. D. LXXXVII.



INTER-

# INTERPRES LECTORI S.



Vanta ardeam cupiditate, & adinuādi et illustrandi hoc genus disciplinae quae μαθησις, seu μαθημα græco nomine appellatur, quæ ve ad primum mobile spectat, vel ex editione Autolyçi de sphaera, quæ mouetur, & Theodosij de Habitationibus anno superiore potuisti, Lector, intelligere: in quorum librorum editione cum multos in hoc genere auctores etiam ad scientiam primi mobilis pertinentes, breui me in lucem emissurū, pollicitus essem, faciendum existimaui, vt Autolyçi de vario ortu, & occasu inerrantium astrorum libri duo subsequerentur: in quorum librorum editione, si nihil aliud præterea consequemur, illud certe mihi omnium gratiam, credo, conciliabit, quod Auctores antiquissimos, præstantissimosque in hoc genere, è tenebris, in quibus tot annos, nescio quo fato, misere iacuerunt, vindicare sim conatus. Diligentia eadem in his, atque in ceteris iam editis, adhibita est: Nam græcum exemplar nostrum manu scriptum, cum quinque vaticanis exemplaribus græcis item, & manuscriptis à nobis collatum est: ex quibus quidem scholia omnia, quacunque sparsim in illis essent, a nobis & decerpta, & latine facta, in singulas propositiones videbis annotata, & addita. Locos autem ad scientiam demonstrandam, quoniam in græcis codicibus nusquam erant, vel ex Euclidis Phænomenis, vel Theodosij τῶν σφαιρικῶν libris, vel aliis antiquissimis græcis auctoribus, vt videre licebit, desumpsimus: in margineque posuimus: His tu, Lector, fruiere, dum Euclidis Phænomena, & Theodosij περὶ ὑψικῶν, καὶ ἡμερῶν libros duos vere aureos, ad primum etiam motum, quem νοχθίμερον græci appellant, pertinentes, breui tempore excudendos curabimus. Cætera, si his delectabere, & maiora, vt spero, in dies sequetur: Absoluta enim hac doctrina primi mobilis, ad Theonis commentaria in Ptolæmæi τὴν μεγάλην σύνταξιν de græca in latinā linguā vertenda animus se ipse conuertet: sed quæ apud Franciscum Mautolycum Mathematicum præstantissimum, suæ cosmographiæ Dialogo tertio scripta reperimus, hic adiūcienda non alienum putauimus, cum ad hanc tractationem facere omnino visa sint: quæ sic se habent.

Verū stellarum ad Solem in primis habitudines considerari solent. Solis quidem situs quattuor in præcipuis locis notatur: qui scilicet ab Horizonte: & Meridiano terminantur, videlicet in ortu, in meridie, in occasu, in noctis medio: qui sunt diei, noctisque primarij cardines: dicique solent, matutinum, meridianum, vespertinum & intempustum tempora. In vno quoque horum temporum vnaquæque stella mutare potest tum quadrupliciter: aut enim orietur, aut mediabit cælum supra terram, aut occidet, aut mediabit cælum sub terra. Itaque tam ortus stellæ, quàm cæli mediatio supra terram, quàm occasus, quàm cæli mediatio sub terra sub ipsū

» ipsum Solis ortum, matutina vocabitur: ad meridiem, meridiana: ad occa-  
» sum, vespertina: ad medium noctis, intempesta. Hoc pacto vnusquisque  
» horum quattuor stellæ situum quadrupliciter sese habebit ad Solem: & pe-  
» rinde ipsius stellæ ad Solem habitudines quater quattuor, hoc est sexdecim  
» fient. Harum habitudinū, meridiana est quidem, non autem cernitur, visum  
» hebetante Solis presentia: & ob id Vera, non Apparens vocatur. Habitudo  
» verò noctis intempesta semper est, & cernitur, præterquam mediatio cali sub  
» terra: nocte enim omnis in Horizonte, vel supra terrā, stella videtur: & ideo  
» et Vera, & Apparens iure vocabitur. Habitudo deniq. tam matutina, quam  
» vespertina stella supra terram, aut in Horizonte posita, & non videtur, ve-  
» tante radio Solis in ipso existentis Horizonte: potest tñ videri, si Sol tanto sit  
» Horizonte inferior, vt eius lux debilitata cedat, aut tum primū cedere in-  
» cipiat, vel desinat stellari radio: Itaque tunc stellæ habitudo vocatur Ap-  
» parens, aut primum, aut postremum. Ortus igitur stellæ matutinus pri-  
» mum apparens, dicitur apparitio, seu visio, seu fulsio matutina prima: po-  
» stremum verò apparens, postrema. Occasus item stellæ vespertinus primum  
» apparens: dicitur, apparitio, visio, fulsione vespertina prima. Postre-  
» mum autem apparens, postrema. Cum his & illud nota, quòd ipsa appa-  
» ritio, seu visio, seu fulsio postrema, tam matutina, quam vespertina, con-  
» suevit appellari, & occultatio: Delitescit enim tunc astrum, quando qui-  
» dem postremum videtur. Sed neque illud omittendum, quòd à quibusdam  
» dicta apparitio, seu visio, seu fulsio prima tam matutina, quam vesperti-  
» na, ortus siue matutinus, siue vespertinus appellari solet: non ob id scili-  
» cet, quòd astrum ex Horizonte oriatur: nam fulsio vespertina fit in occi-  
» dentali Horizonte: sed ob id, quòd à Solis radiis oriatur, hoc est egrediatur  
» primo videndum. Similiter apparitio, seu visio, seu fulsio postrema, seu  
» matutina sit, seu vespertina, dici consuevit ab iisdem, occasus siue matu-  
» tinus, siue vespertinus, non ob id scilicet, quòd astrum occidat in Hori-  
» zonte: Nam fulsio matutina fit in orientali Horizonte: sed ob id, quòd  
» Solis radios ingrediens, occidat, hoc est delitescat, minime deinceps vi-  
» dendum. Sed explicandum est, quibus astris, ac quo modo accidant hu-  
» iusmodi passionēs: Aliter enim his, qui Sole tardiores, aliter his, qui velo-  
» ciores. Fixa igitur astra, & tres planetæ superiores, quoniam Sole sunt  
» tardiores, paullo ante occasum verum vespertinum, occidunt post Solem:  
» ac videri possunt: deinde, Sole, qui velocior est, ad eos accedente orientem  
» versus, faciunt in Horizonte occidentali postremam fulsionem vesperti-  
» nam & delitescunt, donec post ortum verum matutinum, Sole orientem  
» versus secedente, faciant in Horizonte orientali primā fulsionem matuti-  
» nam, & apparere incipiant. Luna verò per aliquid spatij, ante verum or-  
» tum matutinum, videri potest ante Solis exortum: deinde orientem versus  
» ad Solem accedens, quando eo velocior est, facit postremam in oriente  
fulsio-

*fulsionem matutinam : & ab oculis nostris euanescit, donec post occasum  
 verum vespertinum, Solem relinquens, primam fulsionem vespertinam fa-  
 ciat in Occidente. At Venus, & Mercurius, qui nunc tardiores, nunc veloci-  
 res sunt Sole, faciunt & id, quod astra superiora, & id quod Luna: primam  
 enim, & postremam fulsionem tam matutinam, quam vespertinam patien-  
 tur. Verum tres superiores postremam fulsionem vespertinam, & mox primam  
 matutinam circa epicycli verticem. Venus verò, & Mercurius easdem re-  
 trogradi iuxta verticis oppositum faciunt. Nam iuxta epicycli verticem hi  
 duo postremam matutinam fulsionem: et mox primam vespertinam patiuntur,  
 quod etiam Luna facit circa deferentis angulum. Ex quibus facile per temetip-  
 sum cognosces, quo singulis astris ordine fiant singulae passiones. Sed de  
 ortu & occasu, ac de fulsionibus stellarum abundantius loquitur in Phæ-  
 nomenis Autolytus. Nonnulli, quemadmodum in Sphæra Campanus, tam  
 ortum, quam occasum matutinum, siue diurnum, dicunt Cosmicum, at  
 vespertinum, siue nocturnum, Chronicum. Præterea fulsionem primam,  
 ortum heliacum; postremam verò, occasum heliacum. Itaque astra orien-  
 talia, & matutina tum dicuntur, cum Solem exoriendo præcedunt. Occi-  
 dentalia vero, et vespertina, cum occidentem sequuntur. Venus matutina,  
 φάσγανος, hoc est Lucifer dicitur: vespertina verò, ἑσπερος, hoc est ve-  
 sperus: vnde & tempus senescentis iam diei, & temporis ipsius cantus  
 nomen sortiuntur: &c.*

IN . LIBRO . AVTEM . EIVSDEM  
 Maurolyci suorum Sphæricorum, impresso  
 Messanæ, mense Augusto, anno  
 M. D. LVIII. hæc  
 quoque habentur.

*De Astrorum fulsionibus.*



Interuallum, quod stellam in Horizonte positam a Sole in pri-  
 ma, vel postrema fulsione determinat, neque in Zodiaco est  
 computandum, neque idem est omnibus astris, sicut Autoly-  
 tus in Phænomenis supposuit, ac fortasse putauit. Sed cum  
 talis distantia respectu Horizontis consideranda sit, siam in circulo per  
 polos Horizontis ducto capienda est: & in stellis luminosioribus, quæ  
 prius apparent, & posterius euanescent, minor esse debet. Vnde Venus  
 planetarum lucidissima, minimum postulat interuallum. Lege super  
 his viij. Magnæ Constructionis Ptolemaicæ. Putant etiam nonnulli Lunam  
 minus

„ minus 14. gradibus a Sole remotam apparere non posse: quod falsum  
 „ est. Nam intra multo minus spatium saepe visa est: neque spatium in  
 „ Zodiaco mensurandum. Item non recte Plinius ex interuallo tali arguit  
 „ Lunam ceteris astris minorē. Nam interuallum maius arguit astrum mi-  
 „ nus luminosum, hoc est minus in apparentia, non in vera magnitudine.  
 „ Interuallum quidem, quod Solem ab Horizonte remouet in prima, po-  
 „ stremaue fulsione, Veneris est quinque graduum, Ptolemei testimonio.  
 „ Hinc sequitur, seruata luminis proportione, vt Lunæ primum, postre-  
 „ moue apparenti satis sit trium graduum interstitium. Nam cum tantum  
 „ interstitium sit sexagesima pars semicirculi, par est, vt Luna tunc adepta  
 „ sit de plenilunio toto luminis sexagesimam. Sed plena Luna centupla  
 „ ferme est Veneræ faciei, cum illius diameter ad huius diametrum de-  
 „ cupla ponatur ab Albategnio. Et idcirco illud Lunæ corniculatum lu-  
 „ men tenue ad lumen Veneris, erit sicut quinque ad tria. Igitur si Venus  
 „ ad visionem postulat quinque graduum interstitium, Lunæ satis erit tri-  
 „ um graduum intercapdo, quandoquidem interualla luminibus recipro-  
 „ ca esse debent: Vnde si coniunctio luminarium fiat iuxta Meridiem  
 „ in diebus ætius, & expeditis Horizontibus, eodem die Luna videri po-  
 „ terit & matutina, & vespertina.



Apud



Apud Diogenis Laertij interpretem , libro quarto , in Arcesilao , de Autolyco mathematico hæc habentur .

Arcesilaus Seuthi , siue Scythi filius , sicut Apollodorus in tertio Chronicorum ait , Pritanæus ex Æolide . Primus hic , & quæ sequuntur .

*Deinde .*

Audiuit itaque principio Autolycum mathematicum , ciuem suum , antequam proficisceretur Athenas , qui cum : &c.

*Sequitur in fine .*

Prædictus autem Philosophus , vt ait Apollodorus in Chronicis , floruit circa centesimam , & vigesimam olympiadem : &c.



A V T O .






AVTOLYCI DE VARIO  
ORTV ET OCCASV ASTRO-  
RVM INERRANTIVM.

LIBER PRIMVS.

IOSEPHO AURIA NEAPOLIT.  
INTERPRETE.

Diffinitiones.



STRORVM inerrantium ortus, & oc-  
casus, alij quidem dicuntur Veri, alij au-  
tem Apparentes. Atque ex Veris.

I.

Matutinus quidem ortus est, quando  
vna cum Sole oriente, astrum aliquod si-  
mul exoritur.

II.

Matutinus occasus est, quando cum oriente Sole, astrum  
aliquod occidit.

III.

Vespertinus verò ortus est, quando statim occidente So-  
le, astrum aliquod oritur.

IIII.

Vespertinus occasus est, quando vna cum Sole occiden-  
te, astrum aliquod simul occidit.

Ex Apparentibus autem.

A Matu-

V.  
Matutinus quidem ortus est, quando antequam Sol exoriatur, astrum aliquod primo apparuit oriri.

V I.

Matutinus occasus est, quando antequam Sol exoriatur, astrum aliquod primo visum est occidere.

V I I.

Vespertinus ortus est, quando postquam Sol occidit astrum aliquod postremo apparuit exoriri.

V I I I.

Vespertinus occasus est, quando postquam Sol occidit, astrum aliquod postremo visum est occidere.

## SCHOLIUM.



**P**OETAE, ortum matutinum Verum, vocant ortum Cosmicum: occasum matutinum Verum, appellant occasum Cosmicum. Ortum autem vespertinum Verum, dicunt ortum Chronicum: Occasum vespertinum Verum, nominant occasum Chronicum. Praeterea ortum matutinum Apparentem, nominant Poeta ortum Heliacum: Occasum matutinum Apparentem, dicunt occasum Heliacum. Ortum denique vespertinum Apparentem, appellant Ortum Heliacum: Occasum vespertinum Apparentem, dicunt Occasum Heliacum. De hoc verò ortu, & occasu astrorum inerrantium, videlicet Cosmico, Chronico, & Heliaco, quantum ad Poetas attinet, legas licebit Io: de Sacro Bosco caput tertium de Sphaera, & in illud commentaria. Ptolemaeum quoque lib. viij. capit. iij. τὰς μεγάλας ἀστέρων θέας videre licebit, qui in vniuersum viginti quattuor commemorat ἀναλιθουὺς, id est aspectus astrorum inerrantium: ad Solem.

PRE-


# PROPOSITIO PRIMA.

**A** **N**IVSCVIVS QVE ex inerrantibus astris, ortus, & occasus matutini Apparentes, posteriores sunt Veris: ortus autem, & occasus vespertini Apparentes, priores sunt Veris.

**S**IT in Mundo Horizon circulus A B C D: Solis circulus positionem habeat A E C F: sintque partes orientales versus punctum D: occidentales versus punctum B: & fit semicirculus A E C sub terram: & oriente Sole in puncto A, astrum aliquod ex inerrantibus, D, simul oriatur: Astri igitur D, est ortus matutinus Verus. Dico, quòd D astri ortus Apparens, posterior est Vero. Sole siquidem igitur in A puncto oriente, nequaquam D astrum oriri cõspicitur: & neq. etiam, quemadmodum demonstrabitur postea, Solem circumferentiam C F A deambulante, astrum D oriri videtur: Post igitur aliquot dies, astrum D oriri apparebit, deambulante Sole tantam circumferentiam, ita vt astrum D Solis radios effugiat: Appareat igitur primo, Sole in E puncto existente.

*Diffinitio prima.*

**B**  
**C** Quare Sole in E puncto existente, astri D est matutinus ortus Apparens. Et quoniam Sol prius in A punctum, quàm in E peruenit: ideo quando quidem in A venit, astri D est ortus matutinus Verus: sed quando in E accedit, tunc est ortus matutinus Apparens. Quare ortus matutinus Apparens, ortu matutino Vero, posterior est.



Rursus iam oriente Sole in puncto A, astrum aliquod

Parti 2. *Diffinitio quinta.*

A 2 ex

*Diff. 2.* ex inerrantibus, scilicet B, occidat. Igitur astri B, est matutinus occasus Verus. Dico iam, quòd occasus matutinus Apparens, occasu matutino Vero, posterior est: Sole quidem igitur in A puncto oriente, astrum B nullo modo occidere conspicitur, & nequaquam Sole circumferentiam C F A deambulante, astrum B occidere videtur: Post igitur aliquot dies astrum B occidere videbitur, Sole præsertim tantam percurrente circumferentiam, ita vt astrum B Solis radios effugiat. Primo igitur effugiat astrum B Solis radios, ipso manente Sole in puncto E: Sole igitur in E puncto manente, astri B est matutinus occasus Apparens. Et quoniam Sol prius in A punctum, quàm in E accedit: ideo quando quidem in A Sol accessit, tunc astri B est matutinus occasus Verus: at quando in E punctum peruenit, tunc astri B est matutinus occasus Apparens. Quare matutinus occasus Apparens, matutino occasu Vero, posterior est.

*Est enim semicirculus C F A supra Terram.*

*Diff. 6.*


Rursus iam Sole in C puncto occidente, astrum aliquod ex inerrantibus, videlicet D, oriatur. Astri igitur D, est ortus vespertinus Verus. Dico iam, quòd ortus vespertinus Apparens, prior est ortu vespertino Vero. Etenim Sole in C puncto occidente, astrum D non conspicitur oriri, & nequaquam Sole semicirculum C F A transeunte, astrum D oriri conspicitur: antequam igitur Sol ad C punctum accedat, astrum D oriri videbitur. Appareat igitur postremo, Sole in G puncto existente. Sole igitur in G puncto existente, astri D est ortus vespertinus Apparens. Et quoniam Sol prius ad G punctum, quàm ad C accedit, & quando quidè Sol ad G peruenit, tunc astri D est vespertinus ortus Apparens, & quando ad C accessit, tunc est ortus vespertinus Verus. Quare ortus vespertinus Apparens, ortu vespertino Vero, prior est.

*Diff. 3.*

*Solis enim radij adhuc supra Terram sunt.*

*Diff. 7.*


Rursus iam Sole in C puncto occidente, astrum aliquod ex inerrantibus, videlicet D, oriatur. Astri igitur D, est ortus vespertinus Verus. Dico iam, quòd ortus vespertinus Apparens, prior est ortu vespertino Vero. Etenim Sole in C puncto occidente, astrum D non conspicitur oriri, & nequaquam Sole semicirculum C F A transeunte, astrum D oriri conspicitur: antequam igitur Sol ad C punctum accedat, astrum D oriri videbitur. Appareat igitur postremo, Sole in G puncto existente. Sole igitur in G puncto existente, astri D est ortus vespertinus Apparens. Et quoniam Sol prius ad G punctum, quàm ad C accedit, & quando quidè Sol ad G peruenit, tunc astri D est vespertinus ortus Apparens, & quando ad C accessit, tunc est ortus vespertinus Verus. Quare ortus vespertinus Apparens, ortu vespertino Vero, prior est.




Rur-

Rursus denique Sole in C puncto occidente, astrum *Pars 4*  
 aliquod ex inerrantibus, videlicet B, occidat. Igitur  
 astri B, est occasus vespertinus Verus. Dico, quod oc- *Diff. 4.*  
 casus vespertinus Apparens, prior est occasu vespertino  
 Vere. Sole quidem igitur in C puncto occidente, astrum  
 B occidere non videtur, & neque etiam Sole transeunte  
 semicirculum C F A, astrum B occidere conspicitur:  
 antequam igitur Sol ad C punctum accedat, astrum B  
 occidere videbitur: Appareat igitur postremo occidere,  
 Sole in G puncto existente. Quare Sole in G pun-  
 cto existente, astri B est vespertinus occasus Apparens. *Diff. 3.*  
 Et quoniam Sol prius ad G, quam ad C punctum per-  
 uenit: ideo quando ad G Sol venit, tunc astri B est  
 occasus vespertinus Apparens: at quando est in puncto C,  
 tunc est occasus vespertinus Verus: Quare occasus vesper-  
 tinus Apparens, prior est occasu vespertino Vere.

## SCHOLIVM PRIMVM.

A  IC Auctor ostendit ortum, & occasum Heliacum,  
 posteriorem esse ortu, & occasu Cosmico: Præce-  
 rea ortum, & occasum Heliacum, qui ortus, &  
 occasus vespertinus Apparens nominatur ab Astronomis,  
 priorem esse dicit ortu, & occasu Chronico.

## SCHOLIVM SECVNDVM.

B  UONI A M verò antecedentia puncta, qua-  
 cunque in circumferentia C F A acceperimus,  
 prius oriuntur. Et quoniam Sol antecedit, & ante  
 punctum A, scilicet ante punctum D, oritur: Nam pun *ve positu*  
 ctum D cum puncto A simul oritur: semper igitur Sol est.

ante

ante punctum D oritur : Quare D punctum oriri nullo modo conspicitur .


### SCHOLIVM TERTIVM.



UENI AD MODUM demonstrabitur C postea : &c.

**S**INT illa eadem , quæ superius. Dico, quòd ne- D  
 que Sole circumferen-  
 tiam C F A deambulante, altrum D oriri videtur. Etenim Sol oriatur in puncto H. Et quoniam punctum H prius oritur, quàm punctum A: & \* punctum A cum puncto D simul oritur. Prius igitur punctum H oritur, quàm punctum D: Igitur D punctum non videbitur oriri: Quare Sole deambulante circumferentiam C F A, punctum D oriri non conspicitur.

Antegreditur. n. ipsi A, ideo prius oritur.  
 \* Vt positum est.



### SCHOL. IV. IN PRÆCEDENS III.



UO enim tempore Sol circumferentiam C F A perambulat , nequaquam D punctum oritur : quoniam neque punctum A oriatur : omnia siquidem puncta , quæ sunt in circumferentia C F A, ante punctum A oriuntur, veluti quæ antegrediantur : hæc autem Sol percurrit .


PRO-

# PROPOSITIO II.



**V**NVMQVODQVE ex inerrantibus astris, ab ortu matutino Apparente, vnaquaque nocte oriri conspicitur, vsque ad ortum vespertinum Apparentem; nullo autem alio tempore: atq. est tempus hoc, in quo astrum oriri videtur, minus dimidia anni parte.

**S**IT in Mundo circulus Horizon A B C D, Solaris autem circulus positionem habeat, veluti A E C F, & Sole in A puncto oriente, astrum aliquod ex inerrantibus, scilicet D, simul oriatur. Igitur D, astri est ortus matutinus Verus. Posteriores autem sunt Apparentes Veris. Iam astri A sit ortus matutinus Apparens, Sole in E puncto manente. Rursus iam supponatur, D astro oriente, Solem in C puncto occidere. Igitur D astri † est ortus vespertinus Verus: priores namque sunt \* Apparentes Veris. Sit igitur D † astri postremus ortus vespertinus Apparens, Sole in G puncto existente: \* Sole quidem igitur circumferentiam A E, & G C deambulante, astrum D oriri non conspicitur: † quinetiam Sole circumferentiam C F A deambulante, astrum D neque oriri videbitur: Sole igitur circumferentiam E G solummodo deambulante, astrum D oriri conspicitur: Atque est tempus, in quo Sol circumferentiam E G deambulat, minus dimidia anni parte: circumferentia enim E G semicirculo minor est.



*Diff. 1: Pars 1.1. huius.*  
*Diff. 5. † Diff. 3. \* Pars 3.1. huius.*  
*† Diff. 7. \* Sūt. n. Solis radij adhuc supra terrā: Videbitur itaq. D, astri oriri, cū Sol ipsas circumferētiās A E, & C G, cōno perāserit.*  
*† Est. n. semicirculus C F A supra Terrā.*

## SCHOLIUM PRIMVM.

**S**CILICET sit aſtri *D*, primus ortus Appa-  
rens, Sole in *E* puncto manente: vt cum Sol in  
*E* punctum peruenerit, tunc primo appareat  
*D* aſtri ortus matutinus Apparens: Nam Sole nondum  
ad punctum *E* accedente, verum adhuc etiam in circum-  
ferentia *A E* exiſtente, non proueniet *D* aſtri ortus ma-  
tutinus Apparens.

## SCHOLIUM II.

**Q**UONIAM Sol circumferentiam *A E B*  
perambulans, & in *E* punctum perueniens,  
tunc aſtro *D* fit primo ortus matutinus Appa-  
rens: Sole igitur circumferentiam *A E* percurrente, &  
non adhuc ad punctum *E* perueniente, non fit aſtro *D* or-  
tus matutinus Apparens: Quare Sole circumferentiam *A*  
*E* tranſeunte, aſtrum *A* non conſpicitur oriri: ſimiliter  
autem Sole circumferentiam *C G* percurrente, aſtrum  
*D* non videtur oriri.

## PROPOSITIO III.


**N**VMQVODQVE ex inerrantibus  
aſtris, à matutino occaſu Apparente, vna-  
quaque nocte occidere videtur, vſque ad  
occaſum veſperinum Apparentem: nullo autem  
alio tempore: Atq. eſt tempus, in quo aſtrum oc-  
cidere videtur, minus dimidia anni parte.

SIT



**S**IT in Mundo circulus Horizon ABCD, Zodi-  
 cus autem sit AECF, & sit semicirculus AEC,  
 sub Terram: & Sole oriente in puncto A, astrum  
 aliquod ex inerrantibus, videlicet B, occidat. Astri igitur B, est occasus matutinus Apparens; posteriores nam-  
 que sunt Apparentes Veris. Sit igitur astri B, primo occa-  
 sus matutinus Apparens, Sole in E puncto existente. Rur-  
 sus iam B astro occidente, sup-  
 ponatur Solem in C puncto  
 occidere: Astri igitur B est  
 occasus vespertinus Verus. Prio-  
 res namque sunt Apparètes Ver-  
 ris. Sit igitur astri B, Sole in G  
 puncto manente, postremus occa-  
 sus † vespertinus Apparens: Si  
 quidem igitur Sole circumferen-  
 tiam AE, & GC, deambulan-  
 te, non apparet \* astrum B occidere: & nequaquam Sole cir-  
 cumferentiam † CFA percurrente, astrum B occidere vi-  
 detur. Solum igitur deambulante Sole circumferentiam EG,  
 astrum B occidere videbitur: Atque est tempus, in quo  
 Sol circumferentiam EG pertransit, minus dimidia anni  
 parte: circumferentia enim EG, semicirculo minor est.

Diff. 2.  
 Pars 2. 1.  
 huius.  
 Diff. 6.



Diff. 4.  
 Pars 4. 1.  
 huius.  
 † Diff. 8.  
 \* Appare-  
 bit astrum  
 B, occide-  
 re, cū Sol  
 circumse-  
 rentias AE,  
 & GC,  
 omnino p-  
 trāsiuerit.  
 † Est enim  
 supra Ter-  
 ram.

PROPOSITIO IV.

**I**NERRANTIVM astrorum, quæ-  
 cunque quidem sunt in Zodiaco circu-  
 lo, à matutino ortu Apparente, matuti-  
 num occasum Apparentem faciunt, spatio dimi-  
 dij anni: Quæ verò sunt versus Septentriones, ma-  
 iori tempore dimidio anno: quæ autem sunt ver-  
 sus Meridiem, minori tempore.

**I**T in Mundo circulus Horizon  $A B C D$ : Solaris  
**S** autem circulus positionem habeat, veluti  $A E C F$ :  
 & sit semicirculus  $A E C$  sub Terram: & Sole in  
 puncto  $A$  existente, astra quædam ex inerrantibus, scilicet  
 $B, A, D$  simul orientur: & astrū  $A$  quidē sit in Zodiaco circu-  
 lo, &  $B$  versus Septentrionem, &  $D$  versus Meridiem: Dico,  
 quòd ab astro  $A$  ex ortu matutino Apparente, dimidij anni  
 spatio, fit occasus matutinus Apparens: & ab astro  $B$  ma-  
 iori tempore dimidio anno: & denique ab astro  $D$  minori  
 tempore dimidio anno. Quoniam enim Sole in  $A$  puncto  
 oriente, astra quædam ex inerrantibus, videlicet  $B, A, D$   
 simul oriuntur: igitur astrorum  $B, A, D$  matutini ortus Veri  
 sunt: Posteriores autem sunt Apparentes Veris. Sint igitur,  
 Sole in  $E$  puncto existente, astrorum  $B, A, D$  ortus matutini  
 Apparentes. Et quoniam astra, quæ in circulo Zodiaco  
 sunt per diametrum posita, coniugate & oriuntur, & occi-  
 dunt: igitur occidente  $A$ , & astrum  $C$ , quod ipsi  $A$  est per  
 diametrum, oritur: atque est  
 semicirculus  $A E C$  supra Ter-  
 ram: & semicirculus quidem  $A$   
 $F C$  sub Terram: & proinde  
 quando  $A$  occidet: &  $C$  astrum  
 oritur, & etiam Sol cum ad  $C$   
 peruenit, oritur: atque astri  $A$   
 erit occasus matutinus Verus:

Scilicet si:  
 $B$  boreali  
 &  $D$  mèri-  
 dionali ip-  
 so  $A$ .

vt positū  
 est.

Diff. 1.  
 1. pars 1.  
 huius.

Diff. 5.  
 6. Euclid.  
 Phanom.


Diff. 2.

Pars 2. 1.  
 huius.

Diff. 6.  
 Hoc non e-  
 xacte om-  
 ninò verū  
 est: Lege

Mauroly-  
 cū, & Pro-  
 lemai Al-  
 magestum  
 lib. 3. ca. 6.

posteriores verò sunt Apparētes  
 Veris. Sit igitur iam astri  $A$  occa-  
 sus matutinus Apparens, Sole in  $F$  puncto existente: & quo-  
 niam obseruatum est, æquali tempore astra Solis radios ef-  
 fugere: circumferentia igitur  $A E$  est æqualis circumferen-  
 tiæ  $C F$ : communis addatur circumferentia  $C E$ : tota igitur  
 $A E C$  circumferentia, toti  $E C F$  est æqualis: est autem  
 $A E C$  semicirculus, & semicirculus igitur est  $E C F$ : ac per-  
 currit Sol quidem semicirculum  $E C F$  spatio dimidij anni,  $C$   
 quoniam & semicirculum  $A E C$  eodem tempore transit:  
 Quare ab ortu matutino Apparente, spatio dimidij anni, fit  
 ab astro



ab astro occasus matutinus Apparens. Et quoniam astra B, A, D simul oriuntur, & astrum quidem B posterius occidit, quàm astrum A: & D astrum prius occidit, quàm A: per hoc iam est manifestum, quòd ab astro B maiori tempore dimidio anno, & ab astro D minori tempore dimidio anno, ab ortu matutino Apparente, fit occasus matutinus Apparens.

9. Autoly.  
ci de Sphæ-  
ra, quæ mo-  
uetur.

## SECUNDAE, ET TERTIAE partis demonstratio.

¶ SIT rursus circulus Horizon  $ABCD$ : Zodiacus  $AECF$ : & astra quidem B, A, D simul oriuntur, quorum quidem astrum B sit versus Septentrionem; & A sit in circulo Zodiaco, & D versus Meridiem. Dico, quòd astrum B ab ortu matutino Apparente, maiori certe tempore dimidio anno, occasum matutinum Apparentem facit: & astrum D minori tempore dimidio anno idem facit: Sint circuli paralleli  $BG$ , &  $AH$ , in quibus astra B & A ferantur. Et quoniam astrum B posterius occidit quàm astrum A: igitur A in occasu existente, astrum B supra Terram est: verùm astro A occidente, astrum C oritur: & Zodiacus circulus positionem habebit veluti  $FKLH$ : & semicirculus  $AEC$  erit ipse  $HLK$ : atque erit supra Terram: & etiam circumferentia  $AE$  erit ipsa  $HL$ . Igitur astrò C oriente, & astrum B supra terram est. Quare astrum simul oriens cum astro B occidente, est in circumferentia  $HF$ : sitq. astrum M: Sole igitur in M existente, astri B est occasus matutinus Verus: posteriores etenim sunt Apparentes Veris. Quare Sole circumferentiam aliquam deambulante,



9. Autoly.  
ci de Sphæ-  
ra, quæ mo-  
uetur.

6. Eucli-  
dis Phæ-  
nom.

Diff. 2.  
Pars 2.1.  
huius.

B 2 vt astrum

Diff. 6.

vt astrum B Solis radios effugiat, erit ipsius B occasus matutinus Apparens: Pertranseat itaque circumferentiam M O: Aequalis igitur est circumferentia H L, circumferentiæ MO: maior igitur est O K ipsa H L: communis autem addatur circumferentia K L: Circumferentia igitur O K L, ipsa K L H est maior: est autem K L H semicirculi circumferentia: maior igitur semicirculo est O K L circumferentia. Quare B astrum ab ortu matutino Apparente, maiori quidem tempore dimidio anno, occasum matutinum Apparentem facit.

Pars 3.

9. Autoly  
ci de Sphæ  
ra, quæ mo  
uetur.

6. Euclid.  
Phenom.


AM dico, quòd astrum D ab ortu matutino Apparente, minori certe tempore dimidio anno, occasum matutinum Apparentem facit. Quoniam enim astrum D prius oritur, quàm astrum A: igitur A occidente, astrum D est sub Terram: sed occidente A, astrum C oritur: & Zodiacus circulus positionem habebit, veluti G H K L: & circumferentia A E positionem habebit L K: Astro igitur C oriente, & D astrum sub Terrâ est: Quare astrum simul oriens cum D astro occidente, erit in circumferentia L K H: sitque astrum N: Sole igitur in N existente & oriente etiam, astrum D occidit: atq. erit astri D occasus matutinus Verus: prior enim est Verus Apparente. Sole igitur circumferentiam aliquam deambulante, vt D Solis radios effugiat,

Diff. 2.

Pars 2. 1.  
huius.


Diff. 6.

erit D astri occasus matutinus Apparens: Percurrat itaque N H O. Et quoniam æqualis est circumferentia N H O ipsi L K: minor igitur est O H ipsa L K: communis autem addatur circumferentia H K: quare tota K H O, minor est tota L K H: est autem semicirculus L K H: quare K H O semicirculo minor est. Sol igitur circumferentiam K N O, minori





nori tempore dimidio anno percurrit. Quare astrum D ab ortu matutino Apparente, minori tempore dimidio anno, occasum matutinum Apparentem facit.

### SCHOLIVM PRIMVM.

**A**  *UONIAX* & in parallelis circulis, quos puncta describunt, tunc A oriens, occidit: & astrum C occidens, oritur: & quo tempore virumque astrorum propriam circumferentiam deambulat, Zodiacus contra positionem habebit: & qui est semicirculus sub Terram, erit supra Terram.

### SCHOLIVM II.

**B**  *ED* explanationis gratia, si ut occidente A in puncto H, astrum C oriatur in puncto K: & Zodiacus circulus positionem habeat KHN: apparebit iam semicirculus AEC, sicuti HNK supra Terram: & circumferentia AE erit sicuti circumferentia HN: reliqua verò etiam, ut reliqua, sub Terra erit: & proinde occidente A in puncto H, & oriente C in puncto K: & Sole perveniente ad punctum C, idest ad punctum K, & punctum quidem C fiet ad punctum k: atque erit astri H occasus matutinus Verus, scilicet astri A erit occasus matutinus Verus. Perueniat siquidem astrum A ad punctum E: erit igitur ipsius H, idest astri A, occasus matutinus Apparens, Sole existente in puncto N; idest in puncto F: circumferentia enim Nk est eadem, atque CF:



Diff. 2.

Diff. 6.

Quare

Quare Sole in puncto  $F$  existente, astri  $A$  est occasus matutinus Apparens.

### SCHOLIUM III.



**D**EAMBULANTE Sole circumferentiam  $ECF$ , sic ipsius  $A$  astri, & matutinus ortus Apparens, & matutinus occasus Apparens: Quare dimidij anni spatio fit.

### SCHOLIUM IV.



6. Euclid.  
Phenom.

**Q**UONIAM verò occidente astro  $A$ , & astrum  $D$   $B$  est supra Terram: verum occidente astro  $A$ , & astrum  $C$  oritur: quare astro  $C$  oriente, &  $B$  astrum est supra Terram,

### SCHOLIUM V.



**V**IDELICET ἵσ' ὀφθαλμῶν astrum oriatur, astro  $B$  occidente: & erit in circumferentia  $Hfk$ , quæ quidem est sub Terram: quoniam astrum  $B$  est supra Terram: Quare quando  $B$  astrum occidit, & astrum  $A$  scilicet oritur.


### SCHOLIUM VI.




**Q**UONIAM aequali tempore supponitur astra  $F$  Solis radios effugere. (Vide Scholium, positum in margine, in quartam huius.)

SCHO-


SCHOLIUM. VII.


**G** OLE etenim circumferentiam  $LkO$  deambulante, astrū  $B$ , ab ortu matutino Apparente, occasum matutinum Apparentem facit: & quoniam dimidio semicirculo maior est: ideo maiori tempore dimidio anno astrum  $B$  id facit.

SCHOLIUM IIX.

**H** EMONSTRATUR autem, etsi Solis intercapedinem fecerimus eam, quæ est inter  $NH$  circumferentiam, scilicet quæ est à puncto  $N$  vsq. ad punctum  $H$ , demonstratur inquam, quòd circumferentia  $kHO$  omninò minor est semicirculo, addita etiam communi circumferentia  $kH$ .

PROPOSITIO V.

 inerrantibus astris, quæcunque quidem sunt in Zodiaco circulo, illa ex ortu vespertino Apparente, dimidij anni spatio, occasum vespertinum Apparentem faciunt: Quæ autem sunt Septentrionem versus, maiori tempore dimidio anno: quæ contra sunt versus Meridiem, minori tempore dimidio anno id faciunt.



SINT

**I**N Mundo sit Horizon circulus  $A B C D$ : Solis autem circulus positionem habeat veluti  $A E C F$ : et sit sub Terram semicirculus  $A E C$ : & occidente Sole in puncto  $C$ , astra quædam ex inerrantibus, videlicet  $B, A, D$  orientur: atque astrum  $A$  sit in circulo Zodiaco, &  $B$  versus Septentrionem, &  $D$  versus Meridiem. Dico, quòd ab astro  $A$ , ex ortu vespertino Apparente, dimidij anni spatio, fit occasus vespertinus Apparens: & à  $B$  maiori tempore dimidio anno: & denique à  $D$  minori tempore.

*Et positum est.*

*Diffin. 3.*

*† Pars 3.*


*1. huius.*

*\* Diff. 7.*

*6. Euclid.*

*Phenom.*

Quoniam enim Sole occidente in puncto  $C$ , astra quædam ex inerrantibus, scilicet  $B, A, D$  orientur: Astrorum igitur  $B, A, D$  est ortus vespertinus Verus: prior namque est Apparens † Vero: Sint igitur astrorum  $B, A, D$ , ortus vespertini Apparentes, Sole in puncto \*  $E$  existente. Rursus, quoniam astra, quæ in circulo Zodiaco sunt per diametrum posita, coniugantim & orientur, & occidunt: Igitur oriente  $C$ , & ipsi per diametrum manens  $A$ , occidit: quare  $C$  oriente, & Sol in  $A$  existens, occidet: atque cum ipso Sole simul etiam occidet astrum  $A$ : at-



*Diff. 4.*

*Pars 4. 1.*

*huius.*

*Diff. 8.*


que erit ipsius atri  $A$  occasus vespertinus Verus: prior enim est Apparens Vero. Sit igitur ipsius  $A$  occasus vespertinus Apparens, Sole manente in  $F$  puncto: æqualis igitur est circumferentia  $CE$ , circumferentiæ  $AF$ : atque erit, per

*In 4. pp.*

*huius.*

ea, quæ in præcedente ostensa sunt, vt ab astro  $A$ , ex ortu vespertino Apparente dimidij anni spatio, fiat occasus vespertinus Apparens: & manifestum est,

quòd ab ipso  $B$ , maiori quidem tempore dimidio anno, & ab ipso  $D$ , minori tempore dimidio anno, idem fit.



*Vide 2. &*

*3. partis*


*preced. pp.*


*4. demon-*

*stratione*




## PROPOSITIO VI.

**A**  **NVMQVODQVE** ex inerrantibus astris, quæ ortus, & occasus faciunt, quasi toto anno cum Sole simul exoritur, ortum matutinum Verum faciens: simili etiam modo & simul occidit.

**S**  **IT** in Mundo circulus Horizon A B C D, Solaris autem circulus positionem habeat, veluti A E C F, & Sole oriente in puncto A, astrum aliquod ex inerrantibus, scilicet D, simul oriatur. Igitur astri D, est ortus matutinus Verus. Dico iam, quòd D astrum quasi toto anno simul cum Sole exoritur. Si quidem igitur Sol oriens in puncto A, in omnibus suis conuersionibus circulum A E C F deambulat, manifestum est, quòd D astrum cum Sole simul oritur toto anno. Quoniam autem in omnibus conuersionibus deficit pars quædam conuersionis: & parua quædam fit differentia: ideo fieri non potest vt D astrum simul cum Sole exoriat: Obseruatum enim est, quòd vnumquodque ex inerrantibus astris quindecim conuersionum distantia Solis radios effugit: Annus autem à Sole perficitur in omnibus conuersionibus & quarta insuper conuersionis parte: Astri igitur D quasi propemodum per annum, erit ortus matutinus Verus. Quare vnumquodq. ex inerrantibus astris, quæ quidem ortus & occasus faciunt, simul cum Sole exoritur quasi propemodum toto anno, faciens ortum Matutinum Verum. Simili modo demonstrabitur, quòd etiam & simul occidit.

*Diffinitio prima.*



*Scilicet 15 gradibus.*

## SCHOLIVM PRIMVM.

**T**AQVE sex mensibus semper fere astra apparebunt; sex autem mensibus contra occultantur. A


## SCHOLIVM SECVNDVM.

**N** M annus 365. diebus astronomicis, id est B  
 τοῖς ἑξήκοντα πέντε, & quarta insuper diei parte, id est  
 horis sex, constat. Quarta igitur pars deficiens,  
 est differentia, qua astrum cum ipso Sole non simul oria-  
 tur: (vide qua sunt annotata in lib. Theodosii de Habita-  
 tionibus, in prop. x. Huc enim spectare videntur.)

## PROPOSITIO VII.

**V**NVMQVODQVE ex inerrantibus  
 astris, ab ortu matutino Vero, ortum ve-  
 spertinum Verum propemodum quasi  
 dimidio anno facit: & ab occasu vespertino Vero  
 similiter occasum matutinum Verum facit.


**S**IT in Mundo Horizon ABCD, circulus autem  
 Solaris positionem ha-  
 beat, veluti AECF: &  
 oriēte Sole in puncto A, astrum  
 aliquod ex inerrantibus, scili-  
 cet D, oriatur: igitur astri D est  
 ortus matutinus Verus. Dico  
 iam, quod à D astro ab ortu ma-  
 tutino Vero quasi dimidio anno  
 fit ortus vespertinus Verus. Si  
 quidem igitur Sol circumferen-




tiam

A *tiam A E C in integris conuersionibus deambulat; patet, quòd in puncto C occidet: atque erit D aſtri ortus veſper-  
tinus Verus in anno dimidio: ſi verò non percurrit circum-  
ferentiam A E C in integris conuersionibus, parua quædã  
erit differentia, qua accidet, vt Sol cum D aſtro nullo mo-  
do ſimul occidat. Quare à D aſtro ab ortu matutino Vero,  
quaſi dimidio anno fit ortus veſper-  
tinus Verus. Similiter  
iam demonſtrabitur, quòd & ab occaſu veſper-  
tino Vero oc-  
caſum matutinum Verum quaſi dimidio anno faciet.*

### SCHOLIUM PRIMVM.

A  *ON deambulat autem: quoniam ſi in 365. tan-  
tum reuolutionibus annum percurrit Sol: & dimi-  
dium circulum Zodiacũ in dimidio anno peram-  
bulans, omnino occidet in C puncto: ſed quoniam totum Zo-  
diacũ circulum non percurrit in 365. reuolutionibus tan-  
tum, niſi quarta etiam parte vnius reuolutionis addita; pa-  
tet, quòd ante C punctum alio in loco occidet: Nam 365.  
reuolutionum, pars dimidia cum quarta inſuper parte reuo-  
lutionis, alio in loco, quàm in puncto C cadat neceſſe eſt.  
(Vide Scholium primum, poſitum in x. propoſit. lib. Theo-  
doſii de Habitationibus.*

### PROPOSITIO IIX.

A  *VÆCVNQVE aſtra ſunt in Zodiaco  
circulo, illa quidem poſt veſper-  
tinam  
poſtremam apparitionem, primam ap-  
paritionem matutinam faciunt, cum aliquot dies,  
& aliquot noctes fuerint occulta.*

†. s. po-  
stremo oc-  
cidere vi-  
deatur.

\* Scilicet  
ante appa-  
reat oriri,  
quod Sol ipse  
appropin-  
quauerit,  
distante in  
Sole grad.

15. ab eo.

† Diff. 8.

\* Diff. 5.

† Appare-  
bit siquidē  
oriri, ante  
Solis exor-  
tum.


\* Si n. ma-  
nente Sole  
in F puncto  
apparet:  
patet, quod  
cedente p-  
pius, astrū  
E occide-  
re nō vide-  
tur.

† Scilicet  
inter cir-  
cumfere-  
ntiam GE,  
punctū a-  
liquod su-  
mētes, idē  
ostēdetur.

\* Nam si  
longius, so-


le manēte oriri videtur; patet, quod propius existente, non apparet.

IT in Mundo Horizon  $ABCD$ : circulus autem  
Solaris positionem habeat, veluti  $AEC$ : & Sol  
quidem iter faciat, verbi gratia, ad partes  $C, E, A$ :  
astrum autem aliquod ex inerrantibus sit  $E$  in Zodiaco: &  
Sole manente in  $F$  puncto, occupetur † astrum  $E$  postremo  
sub Solis radios: Sole autem manente in puncto  $H$ , effu-  
giat primo\* Solis radios: scilicet sit astri  $E$ , Sole manente in  
puncto  $F$ , postrema † apparitio vespertina: sed manente Sole  
in puncto  $H$ , prima\* apparitio matutina: Dico, quod Sole  
circumferentiam  $FE$  deambulante, astrum  $E$  non apparet:  
Etenim Sol sit in puncto  $G$ : Sole igitur in puncto  $G$  exi-  
stente, astrum  $E$  non conspicitur † oriri: prius enim punctum  
 $G$ , videlicet Sol, oritur, quā punctum  $E$ : & neque etiam\* oc-  
cidere videbitur, quoniam astri  $E$  est postrema apparitio vesper-  
tina, Sole in  $F$  puncto manente, Sole igitur in puncto  $G$  manen-  
te, astrum  $E$  non apparet. Similiter autem neque astrum  $E$   
† demonstrabitur apparere, Sole




circumferentiam  $GE$  percurrente. Iam dico, quod astrum  
 $E$  neque apparet, Sole circumferentiam  $EH$  deambulante:  
Sit rursus Sol in puncto  $K$ : Sole igitur in puncto  $K$  existen-  
te, astrum  $E$  non videtur occidere: prius enim occidit punct-  
um  $E$ , quā punctum  $K$ , scilicet quā Sol: & neque  
oriri conspicitur, quoniam astri  $E$  est prima apparitio ma-  
tutina, Sole in puncto  $H$  existente: Sole igitur in puncto  
 $K$  manente, astrum  $E$  non\* apparet: Similiter iam demon-  
strabitur, quod neque percurrente Sole circumferentiam  $E$   
 $K$ , astrum  $E$  apparet: Est autem demonstratum, quod Sole  
deambulante circumferentiam  $FE$ , astrum  $E$  neque appa-  
ret: Quare, Sole deambulante totam circumferentiam  $FE$   
 $H$ , astrum  $E$  neque conspicitur.


SCHOLIVM PRIMVM.

A  RO vespertina postrema apparitione auctor intelligit occasum vespertinum Apparentem. Pro matutina prima apparitione vero, matutinum ortum Apparentem. Ergo ab occasu vespertino Apparente, ortum matutinum Apparentem faciunt astra, quaecunq. sunt in circulo Zodiaco, cum aliquot dies, & aliquot noctes occulta permanserint: (Lege x. proposit. huius.

SCHOLIVM II.

B  IDELICET, postquam Sol occidit, ipso quidem in F puncto manente, postremo astrum E appareat occidere: & rursus antequam oriatur Sol, ipso quidem in H puncto manente, primo videatur oriri. Sole enim nequaquam occupante ipsum astrum, verum quindecim gradibus ab eo distante, postquam occidit, postremo astrum apparet: adhuc enim etiam ipsum occupante Sole, lateat necesse est: quin etiam Sole, motu Mundo contrario progrediente, non apparet astrum: Rursus Sole ab ortu plane remoto, primo astrum E apparet, antequam ipse Sol exoriat. Recte igitur, primum erit postremus ortus vespertinus Apparens, deinde primus ortus matutinus: Quoniam, ut se habet in propositione, à vespertino facit matutinum.


PROPOSITIO IX.

 STRA, quæ magis Meridiem versus sita sunt, quàm quæ in circulo Zodiaco sunt; ab apparitione vespertina postrema, pri-

†vide scho-  
liū 1. in 8.  
huius: & x.  
pp. huius

ma, primam apparitionem matutinam faciunt, cum plures dies occulta fuerint iis, quæ in circulo Zodiaco manent astra.

**S**IT in Mundo circulus Horizon ABC: maximus  
**S** autem semper apparentium sit circulus ADE: So-  
**S**olis autem circulus positionem habeat, veluti BFC.  
 Sit autem ex inerrantibus astrum aliquod G; quod magis meridionale sit iis, quæ in circulo Zodiaco sunt. Dico, quòd astrum G, ab apparitione vespertina postrema, cum per plures dies occultum fuerit iis, quæ in circulo Zodiaco sunt, primam apparitionem matutinam facit: Describatur per punctum G maximus circulus HGFK, qui circulum ADE tangat, vt semicirculus, qui à D puncto incipit, quòd ad partes D, & G tendat, non concurrat cum semicirculo, qui à puncto A incipit, & ad partes K, & B proficiscitur: Astrum autem aliquod in Zodiaco, sit F: & Sole manente in puncto M, astrum F postremo sub Solis radios occupetur: Sole autem manente in puncto N, primo Solis radios effugiat. Igitur Sole circumferentiam MN percurrente, astrum F non apparet. Et quoniam astra F, & G simul occidunt: semicirculus enim, qui à D puncto inchoat, quòd ad partes D, & G tendat, non concurrit cum semicirculo, qui à puncto A incipit, & ad partes A, & B proficiscitur: Astra igitur F, & G simul in Solis radios incidunt: atque astri F est postrema apparitio vespertina, Sole manente in puncto M: Quare astri G, est etiam postrema apparitio vespertina, Sole in eodem puncto M existente. Rursus, quoniam astra F, & G simul occidunt: sed non simul oriuntur: prius enim punctum F oritur, quàm punctum G: manifestum est, quòd prius Solis radios effugit:



20. The-  
 od. 1. Spha  
 rorum.

Diff. 8.

Diff. 5.

8. huius.


Ve positio  
 est.

9. Autoly  
 ci de Spha  
 ra, qua mo  
 uetur.

effugit : atque astri F est prima apparitio matutina , Sole in puncto N manente . Sole igitur in puncto N manente , a- *ut post-*


**C** strum G non dum Solis radios effugit : Quare astrum G à po- *tum est.*  
strema apparitione vespertina, cū plures dies latuerit, quàm quæ in circulo Zodiaco sunt astra , primam apparitionem matutinam facit.

### SCHOLIVM PRIMVM.

**A**  *DELICET* astrum F faciat postremum or-  
tum vespertinum , Sole manente in puncto M : &  
deinde faciat primum ortum matutinum , Sole in  
puncto N existente . ( Vide Scholium 1. in 8. huius ,


*Vide 10.  
pp. huius.*

### SCHOLIVM II.

**B**  I etenim per puncta G, & F, circulos paralle-  
los descriptos intellexerimus: erunt nimirum cir-  
cumferentia circularum per F, & G puncta  
transeuntium , inter semicirculos non concurrentes interce-  
pta , similes inter se : & hanc ob caussam , eodem tempore  
astra F, & G occidunt : similes namque circumferentias  
tempore æquali prætereunt .

*13. Theod.  
2. Spheri-  
corum.  
† 2. Autoly-  
ci de Sphg  
ra, q̄ mo-  
uetur .*

### SCHOLIVM III.

**C**  I quidem enim astrum F Solis radios effugit : &  
quoniam astrum G retro est ipsi astro F : patet ,  
quòd non longe aberit, quin Solis radios effugiat :  
post igitur aliquot dies Solis radios effugiet. Quare fit, ut ma-  
iori quidem tempore , quàm astrum F, maneat occultum :

## PROPOSITIO X.



**X** inerrantibus astris, quæ ortus, & occasus faciunt, quæue Septentrionem versus magis posita sunt, quàm quæ sunt in circulo Zodiaco, quædam vnaquaque nocte conspiciuntur.

**S**IT in Mundo Horizon circulus  $ABC$ : maximus autem semper apparentium sit circulus  $ADE$ : Zodiacus verò sit  $BC$ : & Sole quidem in  $F$  puncto existente, astra quædam sint  $G$ , &  $H$ , ita vt astrum  $G$  primo Solis radios effugiat: & astrum  $H$  postremo Solis radiis occupetur; videlicet, vt sit astri quidem  $G$  ortus matutinus Apparens: & astri  $H$  occasus vespertinus Apparens: & per  $G$ , &  $H$  astra describantur maximi circuli  $KGLE$ , &  $MHL D$ , qui circulum  $ADE$  tangant, vt semicirculus  $ELG$  &  $K$  non concurrat cum semicirculo, qui à puncto  $A$  inchoat, & ad partes  $C$  proficiscitur: & semicirculus  $DLHM$  item non concurrat cum semicirculo, qui à puncto  $A$  incipit, & ad partes  $B$  tendit: scilicet vt semicirculus  $GE$  tendat ad ortum, & semicirculus  $HD$  ad occasum: astrum autem aliquod sit  $L$  Septentrionem versus. Dico, quòd astrum  $L$  vnaquaque nocte conspicitur. Ponatur ipsi  $FG$  æqualis  $KN$ : & ipsi  $FH$  æqualis  $MP$ : erit iam & ipsa  $MP$  ipsi  $KN$  etiã æqualis: Et quoniam circumferentia  $FH$  æqualis est circumferentiæ  $FG$ , propterea quòd supponitur astra Solis radios æquali tempore effugere. Et quoniam astrum  $G$  ipsi  $K$  per  $\dagger$  diametrum est: atque est astri  $G$ , Sole manente in puncto  $F$ , ortus \* matutinus Apparens: Sole igitur in puncto  $N$  manente, astri  $G$  erit ortus  $\dagger$  vespertinus Apparens: Nam circumferentia  $FG$  æqualis \* est circumferentiæ  $KN$ : atque erit tempus, quo Sol circumferentiam  $FCN$  deambulat, vt astrum  $G$ , ab ortu matutino Apparente, ortum vespertinum Apparentem faciat. Rursus, quoniam astrum  $H$  ipsi  $M$  est

Diff. 5.  
Diff. 8.  
Partes orientales sint  $A$ , &  $C$ : Occidentales autẽ  $A$ , &  $B$ :  
 $\dagger$  13. Theod. 2. Sphæricorum.  
\* Vide Schol. in margine positum, in 4. huius.  
 $\dagger$  9. Theod. 2. Sphæricorum.  
& XI. Theod. 1. Sphæricorum.  
\* vt positum est.  
 $\dagger$  Diff. 7.  
\* vt ponit.

A  
B

C

M est



9.Theod.  
2. Spharicorum.

11.Theod.  
1. Sphar.

13.Theod.  
2. Sphar.


\*Vt positū est.

† Diff.6.  
\* 2. huius.

M est per diametrum : & est æqualis circumferentia FH ipsi  
 MP circumferentiæ: atque est astri H \* occasus vespertinus  
 Apparens, Sole in puncto F existente : Sole igitur in puncto  
**D** P manēte, astri H erit occasus † matutinus Apparens: ac tem  
 pus erit , quo Sol circumferentiam P B F deambulat, vt  
 astrum H ab occasu matutino Apparente, occasum vespertinum  
 Apparentem faciat. Sed quoniam est demonstratum,  
 quòd vnumquodque inerrans astrum ab ortu matutino Ap  
 parente vsq. ad ortum vespertinum Apparentem, \* singulis  
 noctibus oriri cōspicitur: Astrū igitur G vnaqua. nocte ori  
 ri videtur, Sole circumferentiā

**E** F C N deambulante : atque a  
 strum G simul etiam cum ipso L  
 oritur : astrum igitur L vnaqua  
 que nocte oriri videbitur, Sole  
 circumferentiam F C N deamb  
 ulante. Rursus, quoniam vnum  
 quodq. ex inerrantibus astris ab  
 occasu matutino Apparete vsq.  
 ad occasum vespertinum Appa  
 rentem, singulis noctibus occi  
 dere videtur . Sole igitur cir  
 cumferentiam P B F percur  
 rente, astrum H occidere videbitur : atque astrum H si  
 mul etiam cum L occidit : quare astrum L occidere appa  
 rebit, Sole circumferentiam P B F deambulante : astrum  
 igitur L videbitur vnaquaque nocte occidere quidem, quan  
 do Sol circumferentiam P B F perambulat ; oriri autem,  
 quando circumferentiam F C N percurrit : & manifestum  
 est, quòd astrum L & oriri, & occidere videbitur, Sole cir  
 cumferentiam P B C N deambulante : hoc enim demon  
 stratum est. Iam dico, quòd Sole circumferentiam N M  
 P deambulante, astrum L vnaquaque nocte † videbitur.

**F** Supponatur circumferentiam B G , æqualem esse ipsi C H :  
**G** igitur & C K ipsi B M æqualis est quare & C N ipsi B P  
 etiam æqualis est : & est vtraque & B P, & C N maior



3. huius

In Scho. 5  
in hac pp.  
patet hoc:

† Simpliciter videbitur: nō autē vel oriri, vel occidere.

D vtra-

*Vt ostendetur inferi<sup>9</sup>.*

vtraque & G F, & H F: Sole autem sub Horizonte maiores circumferentias accipiente, astra Solis radios effugiunt: Quare Sole, vt se habet circuli Zodiaci positio, deambulante circumferentiam N M P, astra omnia, quæ sunt in circumferentia B F C, apparent. Quare astrum L apparebit: Astrum igitur L singulis noctibus conspicietur. Et quoniam, vt patet, vtraque B P, & C N, vtraque & G F, & H F maior est: nam vtraque & G F, & F H pars dimidia est vnus signi Zodiaci: hoc autem ita vfi sumus, quemadmodum in libro de Habitationibus est: Igitur circumferentia G H vnum integrum signum Zodiaci continet: quare & M K vnum etiam signum compræhendit: circumferentia igitur N M P duo signa Zodiaci continet: & reliquarum igitur circumferentiarum altera scilicet G P, & altera H N quattuor dimidia signorum compræhendit: quarum altera B G, & H C duo habet signorum dimidia: reliquarum igitur altera, scilicet B P: & altera C N simul duo signa continet. Quare B P & C N vtraque, vtraque & G F, & F H, maior est.

*grad. 15.*

*Prop. 10.  
11. 12. Theodosij.*

*grad. 30.*

*Est. nisi G H æqualis.*

*grad. 60.*

*Vtraque*

*grad. 30.*

*Vtraque.*

*mul grad.*

*60.*

## SCHOLIVM PRIMVM.



**S**OLE siquidem à puncto B, idest ab occasu, iterfaciente, quandoquidem fecit ipsius astri G, matutinum ortum Verum, in Mundi circumuolucione; distance tamen gradibus quindecim à puncto C sub Terram, tunc primò astrum G oriri apparebit: Quare astri G erit ortus matutinus Apparens.

*Diffinitio prima.*

## SCHOLIVM SECVNDVM.




**V**O autem tempore Sol ad ipsum astrum H vent, simul cum eo occidit: Quare erit astri H, occasus Vespertinus Verus: antequam igitur ad ipsum


*Diff. 4.*

ipsum H accedat Sol, distans autem ab eo gradibus quindecim sub Terram, motu ipsius Mundi postremo astrum H occidere apparebit.


SCHOLIVM III.

**C**  **ONIA** autem astra, quae sunt in circulo Zodiaco per diametrum posita, coniugate & oriuntur, & occidunt: astro igitur G oriente, & astrum k occidit: & Sole quidem manente in puncto k, astri G est occasus vespertinus Verus: Sed priores sunt Apparentes, Veris. Sole igitur in puncto N existente (praei namque astrum N, ipsum k) erit astri G postremus ortus vespertinus Apparens. 6. Phaenom. Euclidis. Diff. 4. Pars 4. l. huius.

SCHOLIVM IV.

**D**  **URSUS**, per eandem Quoniam astra, quae sunt in circulo Zodiaco per diametrum, coniugate & oriuntur, & occidunt: Igitur astro H occidente, & astrum M oritur: atque Sole in M puncto manente, erit astri H, occasus matutinus Verus: Posteriores namque sunt Apparentes, Veris: Sole igitur in puncto P existente, erit astri H primus occasus matutinus Apparens: Posterius namque est astrum P, ipso M astro. 6. Euclid. Phanom: Diff. 2. Pars 2. l. huius.

SCHOLIVM V.

**E**  **ONIA** circumferentia, quas percurrit Sol, cum inter semicirculos existant non concurrentes D 2

rentes, erunt similes, per 13. Theod. 2. Sphar. quas quidem  
(per 2. Autolyçi de Sphara, qua mouetur) aquali tem-  
pore Sol percurrit.

### SCHOLIVM VI.

**Q**UONIAM circulus Zodiacus,  $\epsilon\upsilon\tau\omega\ \nu\upsilon\chi\theta\eta\mu\epsilon\rho\omega$ ,  
omnem positionem potest habere: habeat hanc,  
ita, ut punctum  $F$  sit in bipartita sectione segmenti  
 $BFC$ : Puncta autem  $B$ , &  $C$  sint in Horizonte: quando  
autem punctum  $F$  propius accedit ad Horizontem, vel  
versus punctum  $B$ , vel ipsum  $C$ , non amplius habet eandem  
positionem Zodiacus: Et erit circumferentia  $GB$  aqua-  
lis ipsi  $HC$ :

### SCHOLIVM VII.

**Q**UONIAM,  $GMK$  semicirculi circumferentia  
est, &  $HKN$  etiam semicirculi circumferentia  
est: aqualis igitur est ipsa  $GMK$ , ipsi  $HKN$  cir-  
cumferentia: communis auferatur circumferentia  $MK$ :  
& reliqua igitur  $GM$ , reliqua  $HN$  aqualis est: ostensum  
autem est circumferentiam  $GB$ , aequalem esse ipsi  $HC$ : &  
reliqua igitur  $BM$ , ipsi  $CK$  aqualis est: Et quoniam, ut  
patet in Propositione, circumferentia  $PN$ , &  $NK$  inui-  
cem sunt aequales: Quare & circumferentia  $BP$ , ipsi  $C$   
 $N$  aqualis etiam erit.


In Schol.  
6. precedē  
ti.

### SCHOLIVM IIX.


**M**AIORES circumferentias accipiente, (&c.)  $H$   
 $M$ aiores scilicet dimidio signo, id est qua sint ma-  
iores quindecim gradibus: Nam suppositum est,  
Sole

Sole sub Horizonte manente, & quindecim gradibus ab Horizonte sub Terram distante, astra apparitionem facere: Sole igitur sub Terram plusquam quindecim gradibus ab Horizonte distante, multo magis astra apparebunt: Si igitur Sole distante ab Horizonte sub Terram intervallo circumferentiarum  $CF$ , &  $FH$ , astra apparent, multo magis supra Horizontem apparebunt ipsa astra, Sole maioribus circumferentiis, quàm sunt ipsa  $CF$ , &  $FH$ , distan- te sub Terram ab Horizonte.

### SCHOLIVM IX.

**K**  I enim deambulante Sole circumferentiam  $CN$ , vel  $BP$  sub Terram, astra apparent: percurren- te igitur circumferentiam  $NNP$ , sub Ter- ram, plus ab Horizonte distantem, tanto magis astra ap- parent.

### SCHOLIVM X.

**M**  T quoniam  $HB\mathcal{M}$  semicirculi circumferen- tia est: &  $CMK$  etiam semicirculi circumse- rentia est: æquales igitur inter se sunt dictæ iam semicirculi circumferentia: Auferatur autem circumse- rentia  $CM$ , qua utriusque circumferentia communis est: Igitur & reliqua circumferentia  $CH$ , reliqua  $\mathcal{M}k$  cir- cumferentia est æqualis: Continet autem  $CH$  unum inte- grum Zodiaci signum: Quare & ipsa  $\mathcal{M}K$  circumferen- tia unum etiam signum integrum Zodiaci circuli contine- bit: & quoniam  $P\mathcal{M}$ , &  $NK$ , ipsis  $CF$ , &  $HF$  sunt posita æquales, & continent ipsa simul  $P\mathcal{M}$ , &  $NK$   
unum

*unum integrum Zodiaci signum: Quare tota circumferentia N X P duo signa Zodiaci continebit: Reliqua ex se patent.*

## PROPOSITIO XI.


**N**ULLVM eorum astrorum, quæ in circulo Zodiaco sunt, deferri videbitur per totum hemisphærium manifestum; neque etiam ea, quæ magis ad Septentrionem sita sunt: At verò quæcunque sunt Meridiem versus posita astra, cum nullo modo propiora sint circulo Zodiaco, fieri potest, ut per totum manifestum hemisphærium ferri videantur.

*Orientales partes sint A, D, occidentales, B, F,*

*Diffinitio quinta.*

*6 Euclidis libanom.*

**S**IT in Mundo circulus Horizon *ABCD*: Zodiacus circulus sit *DBE*: astra verò aliqua versus ortum sint *A, D, C*: quorum quidem, sit *D* in Zodiaco circulo: & *A* versus Septentrionem: & *C* versus Meridiem. Dico, quòd neque astrum *D*, neque *A*, per totum apparens hemisphærium deferri videbitur: sed aliquod astrum eorum, quæ versus Meridiem sunt, veluti astrum *C*, fieri potest, ut per totum apparens hemisphærium deferri videatur. Sit verò sub Terram semicirculus *DEB*, & Sole existente in *E*, astra quædam *A, D, C*, oriri videantur. Quoniam igitur astra, quæ in circulo Zodiaco sunt per diametrum posita, conjugate & oriuntur, & occidunt. Igitur *D* occidet, & ipsi *B* astrum per diametrum positum, oritur: & semicirculus *DEB* supra Terram erit. Igitur astrum *D*, de die occidit: quare *D* astrum




D astrum non videbitur per totum apparens hemisphærium deferri. Et quoniam A, & D simul oriuntur: & est A Septentrionem versus: Igitur A astrum posterius occidit, quàm D. De die autem D astrum occidit, & A igitur de die etiam occidet. Quare astrum A non videbitur per totum apparens hemisphærium deferri. Rursus, quoniam D, & C astra simul oriuntur: igitur D posterius occidit, quàm C. Quare fieri potest, vt aliqua astra versus Meridiem reperiantur, quæ & ipsa per totum conspicuum hemisphærium deferri videantur: quinetiam, vt circulum describant, veluti C F: & etiam, vt circuli C F, circumferentia C F, supra Terram existens, minor sit, quàm vt similis esse possit circumferentiæ parallæli circuli, per quem defertur Sol, quam circumferentiam Sol pertransit, & in quo circulo, circumferentia Zodiaci, D E scilicet oritur.

9. Autoly.  
ci de Sphæ  
ra, quæ mo  
uetur.


9. Einsdē  
Autolyçi.

## SCHOLIVM PRIMVM

**A**  IDELICET in vna nocte nullum astrum videbitur & oriri, & occidere: scilicet vel facere vespertinum ortum: vel matutinum occasum: quòd autem interdum videatur in vna nocte facere & ortum matutinum, & occasum vespertinum, lege 2. Propositionem 2. huius.

Diff. 7.  
Diff. 6.

## SCHOLIVM SECVNDVM.

**B**  OLE etenim sub Terram existente, & manente sub Terram etiam circumferentia, quæ maior sit ipsa D E: & altera, quæ minor sit ipsa C F circumferentia: Quo itaque tempore Mundus circumagat ipsam circumferentiam D E, sub Terram manentem, ipsa C F apparet deferri, veluti quæ tempore minori circumse-

*cum feratur supra Terram: Antequam igitur Sol exoriatur, hemisphærium apparens transit.*

## PROPOSITIO XII.




**A**STRORVM, quæ ab ortu matutino Vero, occasum matutinum Verum faciunt, minori quidem tempore dimidio anno; quo tempus minus est dimidio anno, hoc inquam tempore aliquod astrum & orietur, & occidet, Sole manente in loco sub Terram: Alio autem tempore huic æquali, astrum neque occidet, neque orietur, Sole præsertim sub Terram existente.

**S**IT in Mundo circulus Horizon  $A B C D$ : Solaris circulus positionem habeat, veluti  $A E C F$ : & oriente Sole in puncto  $A$ , astrum aliquod  $D$ , versus Meridiem situm, oriatur: Igitur à  $D$  astro fit ab ortu matutino Vero, occasus matutinus Verus, minori quidem tempore dimidio anno. Iam dico, quòd tempus, quo minus est dimidio anno, hoc inquam tempore, astrum  $D$  & orietur, & occidet, Sole existente in loco sub Terram: alio autem tempore huic æquali, astrum  $D$  neque orietur, neque occidet, Sole præsertim in loco sub Terram manente. Sit namque ipsi  $D$  astro occasus matutinus Verus, Sole manente in  $E$  puncto: Tempus igitur, quo Sol circumferentiam  $A E$  deambulat, tempus est ipsius  $D$  astri ab ortu matutino Vero vsque ad occasum matutinum Verum: Quo igitur minus est tempus dimidio anno, tempus est, quo Sol circumferentiam  $C E$  pertransit: & quoniam astro  $D$  oriente in puncto  $D$ , Zodiacus circulus semper eandem obtinet positionem: & erit semicirculus  $A E C$  sub Terram: reliquus verò semicirculus  $A F C$  supra Terram: & proinde quando  $D$  oritur: & Sol



& Sol circumferentiam  $AEC$  transibit, sub Terram ipsam transibit: quare & ipsam  $CE$  sub Terram etiam transibit. Sole igitur sub Terram circumferentiam  $CE$  deambulante, astrum  $D$  oritur quidem, sed non vsquequaque: & apparebit oriri. Ponatur iam circumferentiæ  $CE$  æqualis, & opposita circumferentia  $AF$ : & quoniam  $D$  astri est occasus matutinus Verus, Sole manente in puncto  $E$ : manifestum est, quòd  $A$  occidente, & Sol oritur in puncto  $E$ : & etiam semicirculus  $ECF$  sub Terram erit: & reliquus  $FAE$  semicirculus erit supra Terram: & proinde quando  $D$  astrum occidit, & Sol circumferentiam  $ECF$  percurrit; ipsam sub Terram percurrent: Quare & ipsam etiam  $EC$  sub Terram percurrent. Sole igitur  $EC$  circumferentiam percurrente sub Terram, astrum  $D$  occidet: sed demonstratum est, quòd Sole circumferentiam eandem  $EC$  percurrente sub Terram, astrum  $D$  oritur: Quare Sole circumferentiam  $CE$  sub Terram percurrente, astrum  $D$  & orietur, & occidet: Dico iam, quòd Sole percurrente sub Terram circumferentiam  $FA$ , astrum  $D$  neque orietur, neque occidet, Sole præsertim sub Terram existente: Et quoniam  $D$  astro oriente, semicirculus  $AEC$  sub Terram est: & semicirculus  $CFA$  supra Terram: & proinde quando  $D$  oritur, & Sol circumferentiam  $CFA$  deambulat, supra Terram ipsam deambulabit: & ipsam igitur  $FA$  etiã supra Terram deambulabit: Sole igitur circumferentiam  $FA$  supra Terram deambulante, astrum  $D$  oritur: Rursum, quoniam  $D$  occidente, semicirculus  $FAE$  supra Terram est: & semicirculus  $ECF$  sub Terram: & proinde quando  $D$  occidit, & Sol circumferentiam  $FAE$  percurrit, ipsam supra Terram deambulabit: quare & circumferentiam  $FA$  supra Terram deambulabit: Sole igitur circumferentiã  $FA$  supra Terram deambulante, astrum  $D$  & orietur, & occidet: Quare



re Sole eandem FA circumferentiam sub Terram percurrente, astrum D neque orietur, neque occidet: Quare & c.

### SCHOLIUM PRIMVM.

9. Autoly-  
ci de Sphæ-  
ra, q̄ mo-  
uetur.



**E** TENIM occidente A, Zodiacus circulus  
cōtra positionem habebit: & semicirculus A E  
C est supra Terram. Quoniam verò astrum D  
prius occidit, quàm astrum A: Igitur astro D occidente,  
& astrum simul oriens, scilicet E cum ipso D occidente, e-  
rit in semicirculo supra Terram, scilicet in semicirculo A  
E C: Quare Sole existente in puncto E, astri D est occa-  
sus matutinus Verus.

### PROPOSITIO XIII.




**A**STRORVM, à quibus ab ortu matu-  
tino Vero, fit occasus matutinus Ve-  
rus, maiori quidem tempore dimidio  
anno, quo maius est tempus dimidio anno, hoc  
inquam tempore, aliquod astrum neque orietur,  
neq. occidet, Sole manente in loco sub Terram:  
Alio vero tempore huic æquali, astrum & orietur  
& occidet, Sole præsertim sub Terram existente.

**I**T in Mūdo Horizon circulus ABCD: Solaris cir-  
culus positionem habeat, veluti AECF: & semicir-  
culus AEC sit sub Terram: & Sole quidē in A ori-  
ente, astra aliqua ex inerrantibus, scilicet B, A, D oriantur:  
& sit astrum B, Septentrionem versus: igitur ab astro B fit ab  
ortu matutino Vero, occasus matutinus Verus, maiori certe  
tempore dimidio anno. Iam dico, quòd tempus, quo ma-  
ius est dimidio anno, hoc, inquam, tempore astrum B ne-  
que orietur, neque occidet, Sole in loco sub Terram existen-  
te: alio

te: alio autem tempore huic æquali astrum B & orietur, & occidet, Sole præsertim sub Terram manente. Sit verò astri B occasus matutinus Verus, Sole circumferentiã AECF deambulante: & existente in F puncto: quo igitur maius est tempus dimidio anno, tempus est, quo Sol circumferentiã CF deambulat. Dico iam, quòd Sole sub Terram circumferentiam CF percurrente, astrum B neq. orietur, neque occidet. Quoniam quidem astrum A quando oritur, semicirculus AEC in loco sub Terram est, & semicirculus CFA supra Terram: & proinde quando astrum B oritur: & Sol circumferentiam CFA pertransit, ipsam supra Terram pertransibit: quare & circumferentiam CF etiam supra Terram percurrent. Sole igitur circumferentiam CF deambulante supra Terram, astrum B oritur quidem, at oriri non conspicietur. Ponatur iam circumferentiæ CF æqualis, & opposita circumferentia AE. Et quoniam astri B est occasus matutinus Verus, Sole in puncto F manente: astro igitur B occidente, Sol in F puncto oritur: quando verò F oritur, & punctum E contra occidet: atq. erit semicirculus quidem ECF supra Terram: semicirculus autem FAE sub Terram: & proinde quando astrum B occidet, & Sol circumferentiam ECF deambulat, in loco supra Terram ipsam deambulabit. Quare & circumferentiam CF supra Terram transibit: Sole igitur circumferentiam CF supra Terram deambulante, astrum B occidit quidem: at minime occidere videtur. Quare Sole circumferentiam CF supra Terram deambulante, astrum B, & oritur, & occidet: Sole igitur contra circumferentiam eandem CF deambulante sub Terram, astrum B neq. orietur, neq. occidet: Dico iam, quòd Sole circumferentiã AE sub Terram percurrente, astrum B, & orietur, & occidet. Quoniam vero astro B oriente, semicirculus quidem AEC sub Terram est: & se-

*Vt ponit.*

*6 Euclid.  
Phenom.*



micirculus C F A supra Terrā: proindeq. quando B astrum oritur, & Sol circumferentiam A E C percurrit, in loco sub Terram ipsam percurreret: quare & ipsam A E sub Terram perambulabit: Rursus, quoniam astro B occidente, & semicirculus quidem F A E sub Terram est: & semicirculus F C E in loco supra Terram: & proinde quando astrum B occidit, & Sol circumferentiam F A E deambulat, ipsam sub Terram deambulabit: quare & ipsam A E sub Terram etiam pertransibit: Quare Sole sub Terram deambulante A E circumferentiam, astrum B & orietur, & occidet:

### SCHOLIVM PRIMVM.



**CCIDENTE** siquidem astro A, circulus Zodiacus contra positionē habebit, & semicirculus A F C erit sub Terram. Quoniam autem astrum B posterius occidit, quā astrum A: igitur astrum simul oriens, videlicet F, occidente astro B, erit in semicirculo sub Terram, scilicet in semicirculo A F C: Sole igitur in F puncto existente, astri B est occasus matutinus Verus. Quare Sole circumferentiam A C F percurrente, astri B est occasus matutinus Verus ab ortu matutino Vero: & tempus quo Sol circumferentiam A C F pertransit, maius est dimidio anno.

9. Autoly-  
ci de sphae-  
ra, quae mo-  
uetur.

Autolyci, de vario ortu, & occasu astrorum  
inerrantium, libri primi, finis.

καὶ τοῦ δόξα.






AVTOLYCI · DE · VARIO  
ORTV · ET · OCCASV · ASTRO-  
RVM · INERRANTIVM ·

LIBER · SECVNDVS ·


IOSEPHO · AVRIA · NEAPOLIT ·

INTERPRETE ·

Diffinitio prima.

A  ODECATIMORIVM vocat Auctor, duo- *Ex scholio*  
decimam partem, in totius Mundi circumferen- *antiquo.*  
tia, à quocunque libuerit Zodiaci puncto, ac-  
ceptam.

SCHOLIVM PRIMVM ·

A  UODECIMAM partem non intelligit,  
velui, verbi gratia Zodiaci circuli divisio si fiat  
in duodecim Signa, vt sit pars duodecima, aut  
Aries, aut Taurus, aut Gemini: &c. Sed *ἡ δωδεκάμορος*  
dicit, si diuisa fuerit Mundi tota circumferentia, in qua  
fitus est & Zodiacus circulus, in partes duodecim, lice-  
bit vnā harum partium accipere, à quocunque volue-  
ris puncto Zodiaci circuli, quam partem, *ἡ δωδεκάμορος*  
dicit.

Diffi-

## Diffinitio secunda.

Ex scholio  
antiquo.




**Q**UONIAM *Borealis*, vocatur interuallum, quod est ab *AEquinoctiali* circulo quadrans, ad *Polum Borealem* vsque interceptum.

## PROPOSITIO PRIMA.

**Z**ODIACI circuli dodecatimorium vnum, in quo est Sol, neque oriri, neque occidere videtur, verum se occultare. Similiter autem & huic alterum per diametrum positum neque occidere, neque oriri perspicitur: sed tota nocte supra Terram apparere.

**S**IT Zodiacus circulus AB: Horizon autem sit CD: & Solis ortus sit in puncto D: occasus autem sit in puncto C: & Mundus ab ortu D, ad occasum C, conuertatur: Sol autem in contrarias ipsi Mundo partes moueatur: & auferatur Signi vnus circumferentia DE, quæ in puncto F bifariam secetur: Dico, quod circumferentia DE, neque oriri, neque occidere videtur: & neque etiam quæ huic per diametrum posita est: verum solummodo supra Terram conuersionem apparentem facere, Sole sub Terram manente. Quoniam autem est suppositum, astra Solis radios effugere, si ab Horizonte Sol sub Terram dimidia Signi parte distauerit: est autem circumferentia FD dimidia Signi pars. Sole igitur in F existente, astrum




grad. 15.

5. diff. 1.  
libri.


D matutinum ortum facit. Quare circumferentia FD noctu oriri non conspicitur: Et manifestum est, quod neque circumferentia FE oriri noctu videtur: tota igitur ED circumfe-

cumferentia oriri nullo pacto videtur. Iam per hæc eadem,  
**C** circumferentia  $ED$  tota neque occidere conspicitur, Sole  
 præsertim in  $F$  puncto manente: & neque etiam huic per  
 diametrum posita circumferentia  $CG$ , aut oriri, aut occi-  
**D** dere videtur: circumferentia verò  $ED$  oriente, & ipsi per  
 diametrum posita circumferentia  $CG$  occidit: sed occiden- *11. Euclid.*  
**E** te  $ED$ , & huic per diametrum manens  $CG$ , oritur. Quare *Phenom.*  
 circumferentia  $ED$  neque oriri, neque occidere conspicitur: & nequaquam huic per diametrum posita circumferentia: sed omnem apparentem motum supra Terram facere videtur.


### SCHOLIUM PRIMVM.

**A**  *ST* autem circumferentia  $FD$ , dimidia Signi  
 pars.) Quoniam supponitur, totam circumse-  
 rentiam esse *δεξιαν*  $\nu\alpha\sigma\tau\epsilon\iota\sigma\upsilon$ : Et dividitur tota  $D$   
 $E$ , in duas partes æquales in puncto  $F$ : quare erit  $FD$ ,  
 grad:  $xv$ .

### SCHOLIUM II.

**B**  *UONIAM* autem Sole manente in puncto  
 $F$ , tantum astrum  $D$  conspicitur: & circumse-  
 rentia  $FD$  non apparet oriri, tanto magis ne-  
 que ipsa  $FE$  apparebit noctu oriri: quoniam tota sub  
 Terram est.

### SCHOLIUM III.

**C**  *UONIAM* Sole manente in puncto  $F$ , astrum  
 $E$  occidere videtur: Sol etenim ante ipsum occidit:  
 quare &  $EF$  circumferentia non videtur occide-  
 re: quo-

re : quoniam tantum punctum *E* videtur occidere : nequaquam igitur tota *ED* occidere conspicitur , cum tota sit sub *Terram*.

### SCHOLIUM IV.



QUONIAM punctum *C* antegreditur ipsum *D*  
*G*, & prius occidit , quàm ipsum *G* : quare & tota *GC* circumferentia occidere non conspicitur : solummodo enim punctum *C* occidere videtur .

### SCHOLIUM V.



6. Euclid.  
Phenom.

TENIM occidente circumferentia *ED*, & puncto *E* viso occidere, & ipsi per diametrum positum punctum *G* apparebit oriri : Cum autem punctum *C* antegrediatur, & supra *Terram* sit, necessario tota *CG* circumferentia supra *Terram* conspicietur. Quare & tota oriri videbitur .

## PROPOSITIO SECUNDA.




X duodecim Zodiaci Signis, quod antegreditur illud, in quo est Sol, matutino ortu oriri apparet: quod autem subsequitur, vespertino occasu occidere .

¶ SIT circulus Zodiacus *AB* : Horizon autem sit *CD* : & dodecatimorij circumferentia auferatur, quæ sit *ED*, & in ipsius medio, scilicet in puncto *H*, sit Sol : & dodecatimorium, Solem antecedens, sit *DF* : subsequens autem, sit *EG* : Dico, quòd circumferentia *DF*, ortum matutinum facit : & *EG*, occasum vespertinum : Etenim



Etenim circumferentia D F supra dimidium Zodiaci circuli manens, oriri videtur: Quare ortum matutinum facit: sed circumferentia D E non videtur oriri: neque etiam E G de die oriri videtur: In Mundi autem reuolutione, circumferentia quidem D F, ortum matutinum facit: sed D E non conspicitur oriri: ipsa verò E G circumferentia, supra dimidium circuli Zodiaci circumferentiam habens, apparet occidere: Quare ipsa E G facit occasum vespertinum: at ipsa D F ortum matutinum.



### SCHOLIUM PRIMVM.

**A** **PROPTEREA** quòd Sol supra Terram existens, facit, ut ipsa circumferentia E G minime appareat: prius enim, quàm ipsa, oritur.

### SCHOLIUM II.

**B** **ETENIM** Sole antegrediente ipsam E G circumferentiam: & propterea prius occidente, quando punctum E occidit, tota circumferentia E G apparet occidere: quoniam quidem punctum G est supra Terram, veluti illud, quod Solem consequatur: quare tota E G, distat à Sole, supra dimidium Zodiaci circuli manens.

### PROPOSITIO III.




**EMPORE** nocturno, vndecim Zodiaci  
F ci Si.

Hic intelligit circūferentiam, do decatimorium.

ci Signorum circumferentiæ conspiciuntur: sex quidem earum, quæ ante exortæ sunt: quinque verò earum, quæ orientur.

8. diff. i. libri.

IT circulus Zodiacus AB: Horizon autem sit CD: & auferatur Signi vnus circumferentia CE: Sol autem sit in medio ipsius CE circumferentiæ, scilicet in puncto F: Quoniam autem suppositum est, Sole in F puncto manente, astra Solis radios effugere: manifestum est, quod astrum C facit occasum vespertinum: Quare totus semicirculus CAD sex Signa Zodiaci continet: & reliquus igitur CBD semicirculus, quoniam sex etiam Signa continet, & CE vnum, occupatur sub Solis radiis, quinque tantum Signa Zodiaci, quæ oriuntur, habet: Quare vndecim Zodiaci Signa apparent.



### PROPOSITIO III.

Zodiaco. f. vel ad septentrionē, vel ad Meridiem positus.



NERRANTIVM astrorum, quæcunque quidem sub Zodiaco circulo vel ad partes Septentrionales, vel ad Meridionales sita sunt; illa quidem ab ortu matutino, ad ortum vespertinum; quinque mensium spatio peruenient.

Diametros tantum accipit.

IT circulus Horizon AB, apprensus, & non apprensus hemisphærium diuidens. Tropici sint CD, & EF: Aequinoctialis sit GH: Zodiacus autem circulus sit KGMH: & sint in ortu tria astra, scilicet N, H, P: Dico,


Dico, quòd N, H, P astra, ab ortu matutino, faciunt ortum vespertinum, spatio quinque mensium. Auferatur autem Signi vnus circumferentia H R, quæ bifariam secetur in puncto S: Sol autem fit in loco S: Iam nunc quidem astra N,

H, P, ortum matutinum facient.

At Sol in contrariam iam partem Signorum se ipsum mouēs, quinque Signorum circumferentiam percurrat, sitque in loco T: Ab loco igitur quidem puncti S, ad locum T, mouebit se

Sol per quinque Signorum circumferentiam: Sed à puncto G, per dimidij Signi circumferentiam: Occidente verò puncto G, astra N, H, P, ab ortu matutino, faciunt ortum vespertinum.

Diff. 5. 1. libri.



Diff. 5. 1. libri.

Diff. 7. 1. libri.

## SCHOLIUM PRIMVM

**A** **T** A vt circumferentia H G sit dimidium Signum: quoniam ipsa tota H G sex Signa comprehendit, veluti quæ semicirculi circumferentia sit.

## SCHOLIUM II.

**B** **S** ILLICET moueatnr Sol à puncto C, per dimidij Signi circumferentiam distans, vsque ad punctum T:

## SCHOLIUM III.

**C** **Q** UONIAM est suppositum, astra N, & P simul cum puncto H oriri: atque ostensum est quidem de astris N, & P, & simul etiam demonstra-

cum de astro H, quod est in Zodiaco circulo, et si de hoc in Propositione nulla sit mentio.

## PROPOSITIO V.



VI Zonam Borealem incolunt, illis quidem vnumquodque ex inerrantibus astris & ortus, & occasus, tum matutinos, tum vespertinos, per anni spatium facit.

IT circulus Horizon quidem AB: Tropici sint S CD, & EF: Aequinoctialis sit GH: circulus autem Zodiacus sit KGLH, & astrum aliquod, scilicet M, sit versus Septentrionem situm. Dico, quod astrum M, ab ortu matutino, ad ortum matutinum, per anni spatium aderit: Auferatur autem circumferentia HN, quæ sit dimidii Signi pars: & Sol cum ad punctum N peruenerit, astrum H matutino ortu oriatur: & nocte sequente auferatur circumferentia NP: & ipsi NP ponatur æqualis circumferentia HR: communisque assumatur circumferentia NR: Tota igitur PR, toti NH æqualis est: est autem NH dimidij Signi circumferentia: & PR igitur etiam est dimidij Signi circumferentia. Et quoniam astrum H prius oritur, quàm astrum N: & astrum M cum ipso H simul oritur: quare astrum M prius oritur, quàm astrum N: atque hoc semper erit, quousque Sol totam circumferentiam NLGKH perambulans, ad punctum N venerit: Quare astrum M ab ortu matutino, ad ortum matutinū, aderit spatium vnus anni: Atque hoc idem erit de ortu vespertino.

Rursus, iisdem suppositis, quoniam astrum M, borealius est, quàm astrum H: & simul astrum M cum ipso H oritur: non igitur simul cum ipso occidet: Aliquod igitur astrum eorum, quæ consequuntur ipsum H, cum ipso M simul occidet: & occidat astrum N: atque ipsi N sit per diametrum positum astrum Q: & auferatur QS circumferentia,


Diff. 5. 1.  
libri.

Vt ponit.

9. Autoly-  
ci de Sphæ-  
ra, q̄ mo-  
netur.

9. Autoly-  
ci de Sphæ-  
ra, quæ mo-  
netur.

rentia, quæ dimidij Signi sit: Sole igitur in puncto **S** existente, astrum **Q**, matutino ortu oritur: & astrum **N** contra matutino occasu occidet. Quare astrum **M** matutino etiam occasu occidet. Deambulet autem Sol diurno tempore circumferentiam **ST**: & ipsi **ST** æqualis fit circumferentia **QV**: & assumatur **SV** communis: quare **QS** ipsi **VT** æqualis est: Est autem & **QS** dimidij Signi circumferentia: quare & **VT** etiam dimidij Signi circumferentia est: Sole igitur in **T** puncto manente, astrum **V** matutino ortu oritur: Sed prius **Q** oritur, quàm astrum **V**. Sed oriente quidem **Q** astro, ipsum **N** matutino occasu occidit: verùm & cum ipso etiam **N**, simul occidit astrum **M**: quare astrum **M** occasu matutino occidit: Atque occidet etiam, Sole manente in **T** puncto: & hoc semper fiet, quoad Sol totum Zodiacum percurrans, peruenerit anni spatio ad punctum **S**. Idem autem ostendi potest, & de occasu vespertino.



*Ut positum est.*

*Ut positum est.*

### SCHOLIUM PRIMVM.

**A** **I** *C intelligit de ortu, & occasu Apparente: Nam in sexta Propositione primi libri de Veris ostendit, qui quasi per anni spatium perficiuntur:*

### SCHOLIUM II.

**B** **S** *EMPER enim deinceps deambulante Sole de nocte, astrum H semper prius oritur, veluti antegrediens: simul autem cum ipso oritur astrum M: Hoc autem semper sic erit, quoad Sol quinque mensium*

Ut in 4. bu  
i is 2. lib.  
patet.

sum spatio, fecerit ortum vespertinum: Nam deinceps  
deambulando, facit alias *quod dicitur*: scilicet matutinum occa-  
sum, & vespertinum occasum, donec perueniens ad pun-  
ctum N, denuo faciet Sol ortum matutinum.

### SCHOLIUM III.

**Q**UONIAM, per sextam Euclidis Phanom: C  
astra, quæ in circulo Zodiaco per diametrum  
sunt, coniugate & oriuntur, & occidunt:  
Astro igitur Q, cum per diametrum sit ipsi N, & Q  
oriatur, necessario & ipsum N occidet: Quare cum astrum  
Q matutino ortu oriatur, Sole manente in puncto S: & a-  
strum N contra matutino occasu occidet.

### PROPOSITIO VI.

**V**NUMQUODQUE ex inerrantibus  
astris, quæ in circulo Zodiaco sita sunt,  
ab ortu matutino venit ad ortum vesper-  
tinum: & ab ortu vespertino accedit ad occasum  
matutinum: Ab occasu verò matutino fit ad oc-  
casum vespertinum: & ab occasu vespertino ad or-  
tum matutinum: At ab occasu vespertino ad or-  
tum matutinum, venit diebus triginta: & hoc  
quidem tempore neque oriri, neque occidere vi-  
detur. Ab ortu autem matutino ad ortum ve-  
spertinum, venit mensibus quinque: & hoc tem-  
pore oriri conspicietur: Sed ab ortu vespertino  
ad occasum matutinum, perueniet diebus trigin-  
ta, &


ra, & neq. oriri, neq. occidere apparet. Præterea ab occasu matutino ad occasum vespertinū, fit mēsi- bus quinq. & hoc quidē tēpore occidere videtur.

**IT** Horizon AB, manifestum Sphæræ ab occulto **S** dirimens: Zodiacus circulus sit CD: & sit in ortu astrum aliquod D: & auferatur dimidij Signi circumferentia DE: Itemque ipsa CF: & CG: & denique ipsa HD. Iam manifestum est, quòd Sole manente in E puncto, astrum D, facit ortum † matutinum. Sit autem EK circumferentia, quam Sol de nocte deambulet: & ipsi EK, æqualis auferatur DL: & communis ponatur circumferentia LE: Tota igitur DE, toti LK circumferentiæ, est æqualis: est autem DE, dimidij Signi circumferentia: & LK etiam dimidij Signi circumferentia est. Sole igitur in puncto K manente, astrum L matutino ortu oriri videtur:

Partes orientales sicut versus D: occidentales versus C.  
† Diff. 5. 1. libri.

Vt ponit

Sed astrum D prius oritur, quàm L: Hoc autem semper fiet, quoad Sol ad punctum F peruenerit: Sol autem cum ad F punctum venerit, & per circumferentiam CF distauerit ab Horizonte, quæ sit & ipsa etiam dimidium Signum, astrum D ortum vespertinum facit: Quare astrum D, ab ortu matutino, ad



Lege scho. 2. in 5. huius lib. 2.

Grad. 15.  
Diff. 7. 1. libri.

ortum vespertinum, peruenit spatio quinque mensium: Circumferentia enim EF quinq. Signa continet: ac manifestum est, quòd quinque Signa Zodiaci, quinque mensium spatio percurrit. Similiter iam demonstrabuntur, quæ in Propositione habentur reliqua, scilicet, quòd Sol præterea percurrens circumferentiam FCG, quæ vnum Signum continet, astrum D facit occasum matutinum: & manifestum est, quòd diebus triginta: quinetiam percurrens circumferentiam GH, quæ Signa continet quinque, ipsum D

Grad. 30.  
Diff. 6. 1. libri.

astrum

Diff. 8. 1.  
libri.  
Vt annota-  
tum est in  
schol. 2. in  
hanc Pro-  
posit.

astrum facit occasum vespertinum, & quinque mensium  
spatio. Rursus autem Sol deambulans circumferentiam H  
D E, & ad E punctum perueniens, astrum D facit ortum ma-  
tutinum: & patet, quòd diebus triginta: vnus enim Signi  
circumferentiam deambulat:

D  
E

### SCHOLIUM PRIMVM.



Diffn. 8.  
2. libri.

T enim Sole in puncto F existente, astri C est oc-  
casus vespertinus: sed occidente G astro, & astrum  
D oritur per sextam Euclidis Phenom: Sole igitur  
in F puncto manente, astri D est ortus vespertinus:

A

### SCHOLIUM II.



St enim circumferentia DC, Zodiaci semicircu-  
lus, & sex Signa continet: Cum autem circumferen-  
tia DE, & CF vnum Signum Zodiaci compre-  
hendant: reliqua igitur circumferentia EF, quinque con-  
tinebit Signa, quae quidem spatio mensium quinque per-  
currit astrum D:

B

### SCHOLIUM. III.



Diff. 5. 1.  
libri.  
† 6. Euclid.  
Phenom.  
\* Diff. 6. 1.  
libri.

T enim existente Sole in G puncto, in Mundi reuolu-  
tione, astri C est ortus matutinus: sed puncto C ori-  
ente, & astrum † D occidit: Quare Sole in G pun-  
cto manente, astri D est occasus\* matutinus: & neque ori-  
ri, neque occidere videtur astrum D, toto eo tempore, quo  
Sol circumferentiam FCG percurrit, scilicet per triginta  
dies: quoniam Sole progrediente à puncto F, & pun-  
ctum quidem C non amplius distauerit ab ipso F, quindecim  
cim

C




*cim Gradibus ; igitur neque apparebit facere vesperinum  
 occasum : quare & neque astrum D, quod ipsi C est per  
 diametrum positum, ortum vesperinum facere videbitur .*  
*Rursus autem Sole ante punctum C manente, & neque  
 astrum C distauerit quindecim partibus ab ipso puncto C:  
 igitur neque apparet ortum matutinum facere : quare ne-  
 que astrum D, per diametrum ipsi manens, occasum ma-  
 tutinum facere videbitur .*

Diff. 8. 1.  
libri.


Diff. 7. 1.  
libri.

Diff. 5. 1.  
libri.

### SCHOLIUM IV.

**D**  *OLE* etenim in puncto *H* manente: & in Mundi  
 reuolutione, astrum quidem *H* perueniat ad pun-  
 ctum *F*: & punctum *D*, ad punctum *C*: erit igitur  
 astri *D*, occasus vesperinus :

### SCHOLIUM V.

**E**  *ST* enim & circumferentia *HD*, dimidij Signi  
 pars, & item ipsa *DE* dimidium Signum  
 continet : quare tota *HDE* vnum continebit Si-  
 gnum : quam etiam circumferentiam *HDE*, Sol diebus  
 triginta percurrit .

### PROPOSITIO VII.

**Q** *VÆCVNQVE* astra comprehendun-  
 tur sub Zodiaco circulo Septentrionem  
 versus, illorum matutini occasus antegre-  
 diuntur matutinos ortus : quæcunq. autem com-  
 prehenduntur sub Zodiaco Meridiem versus, il-  
 G lorum

\*9. Autoly  
ci de Sph  
ra, que mo  
uetur.

Partes  
Orientales  
sit versus  
D punctū:  
occidenta-  
les versus  
C: Septen-  
trio in A  
& Meridi-  
es in B pū-  
cto.

† Diff. 5. 1.  
libri.

\* 5. Euclid.  
Phenom.

Quoniam  
suppositū  
est cum a-  
stro F si-  
mul occi-  
dere.


A motu  
Mundi ab  
ortu ad oc-  
casum.

Posterior,  
id est car-  
di: & ma-  
iori tempo-  
ris spatio:  
Prius, i. ci-  
tius, & mi-  
nori tpe.

9. Autoly-  
ci de Sph  
ra, que mo  
uetur.

lorum quidem ortus matutini antegrediuntur  
occasus matutinos.

IT Horizon AB: Zodiacus: autem circulus sit C  
S D: & in Oriente sit astrum aliquod D: atque ma-  
gis Septentrionem versus sit astrum E: Astrum igitur  
D, cum astro E simul quidem \* oritur, non autem simul  
occidit: Itaque astrum E simul occidet cum aliquo eorum  
astrorum, quæ consequuntur ipsum D: occidat igitur cum  
astro F: Sitque ipsi F per diametrum astrum G: & auferatur  
circumferentia DH, quæ sit dimidij. Signi circumferentia:  
& similiter GL. Et quoniam Sole in H puncto manente,  
astrum D matutino ortu oritur: sed astrum E simul cum  
ipso D oritur: quare Sole in H puncto manente, astrum E  
etiam † matutino ortu oritur: Rursus, quoniam in L puncto  
Sole manente, & G astrum or-  
tu matutino oritur: sed G ori-  
ente, & \* astrum F occidit: quin  
etiam astrum E occidit: Sole  
igitur in L puncto manente,  
astrum E matutino occasu oc-  
cidit: sed Sole manente in H  
puncto, astrum E matutino or-  
tu oritur: Quare quo tempore  
Sol circumferentiam H C G L



percurrit, astrum E matutino occasu occidit: atque est cir-  
cumferentia H C G L, maior ipsa L D H circumferentia: A  
& antecedit astrum L, ipsum H. Igitur ab ortu matutino  
ad occasum matutinum peruenit posterius: & ab occasu  
matutino, ad ortum matutinum, prius.

Rursus, sit in oriente astrum M, Meridiem versus: Et quo-  
niam astrum M simul cum D astro oriens, prius quam ip-  
sum D, occidit: Itaque astrum M cum aliquo eorum, quæ  
antecedunt ipsum D, simul occidat: & occidat simul cum  
astro N: atque sit ipsi astro N per diametrum astrum P: &  
auferatur circumferentia P Q, quæ sit dimidium Signum.

Et quo-

Et quoniam Sole in puncto H manente, astrum D matutino ortu oritur: & M astrum etiam matutino ortu: Rursus, quoniam Sole in Q manente, astrum P ortu matutino etiam oritur: & contra N, occasu matutino occidit: sed occidente astro N, & M astrum etiam\* occidit: Quare Sole manere in puncto Q, astrum M matutino occasu occidit: sed & Sole existente in H puncto, ipsum astrum M, matutino ortu oritur: & est minus tempus, in quo Sol circumferentiam H Q percurrit: Atque antecedit astrum H, ipsum Q. Quare ab occasu matutino, ad ortum matutinum, posterius: & ab ortu matutino, ad occasum matutinum, prius peruenit.


6. Euclid.  
Phenom.

\* Supponitur. n. ipsū N simul occidere cū ipso M astro.


† Minus tēpus. s. eo tēpore, i quo circumferentiam HN

CEQ transit.

### SCHOLIUM PRIMVM.


**A**  **UONIAM** autem circumferentia G L ipsi D H est posita equalis: & est circumferentia C L D semicirculo Zodiaci minor: quare & ipsa L D H etiam semicirculo minor est: Quare tota H C G L semicirculo maior est: idque patet: & manifestum etiam est, maiorem esse H C G L, ipsa L D H circumferentia:


### SCHOLIUM SECVNDVM.

**B**  **ZODIACI** circuli Signa ab Occidente ad Orientem obtinent positionem, verbi gratia, Aries in Occidentis parte; post Arietem sequitur Taurus, magis ad Ortum; deinde Gemini, etiam magis ad Ortum: rursus Cancer: & similiter cetera Signa Zodiaci: Atque hæc signa εἰς τὰ πρότερα, id est in consequentia moueri dicuntur: quia à Sole comprehenduntur ab Occidentis motu ad Orientem, ut exempli gratia, ab Ariete incipiendo, Taurus consequitur ipsum Arietem: quoniam Sol prius

comprehendit Arietem, quàm Taurum: similiter Gemini consequitur Taurum: & isto modo Cancer consequitur Signum Gemini: & sic de ceteris: & hoc modo Signa appellantur consequentia: In Antecedentia autem, & ut græce, οἱς τὰ προηγούμενα, dicuntur cōtra moueri, à motu Uniuerſi ab ortu ad occasum: Verbi gratia, dicimus in hoc motu, Canceri Signum magis orientale, antecedere Signum Gemini, quod est minus ad Orientem versus: similiter Gemini Signum antecedere Taurum: & Tauri Signum antecedere Arietem: &c.

## PROPOSITIO IIX.

 VÆCVNQVE astra ex Occidētis parte sub Zodiaco continentur Septentrionem versus: illorum occasus vespertini antecedūt ortus vespertinos: quæcunque verò sub Zodiaco continentur Meridiem versus, illorum ortus vespertini antecedunt occasus vespertinos.

 IT Horizon circulus AB: Zodiacus circulus sit CSD: & astrum aliquod sit in ortu, scilicet E, ad partes Septentrionales: astrum igitur E simul quidem cū D oritur, non autem simul occidit: Itaque astrum E occidat cum aliquo eorum, quæ consequuntur ipsum D: & occidat simul cum astro F: assumaturque circumferentia FG, quæ sit dimidij Signi pars: quinetiam CH. Quoniam igitur Sole in loco G manente, astrum F vespertino occasu occidit: sed occidente F, & astrum E etiam\* occidit: Sole igitur in G existente, astrum E occasu vespertino occidit. Rursus, quoniam Sole manente in loco H, astrum C occasu vespertino occidit: sed C occidente, & astrum E vespertino ortu oritur. Quare Sole in H existente, astrum E vespertino ortu ori-

9. Autoly.  
ci de Spha  
ra, quæ mo-  
uetur.  
Grad. 15.  
Diff. 8. 1.  
libri.

\* Supponi-  
tur. n. cum  
F simul oc-  
cidere.

A

tu oritur: Igitur maius est tempus, in quo Sol circumferentiam H G D deambulat, quàm in quo deambulat H G.

Quare ab ortu vespertino, ad occasum vespertinum, posterius: & ab occasu vespertino, ad ortum vespertinum, prius accedit. Rursus, sumatur astrum M ad partes meridionales.

Et quoniam \* astrum M non simul occidit cum astro D, sed cum eo simul oritur: simul itaque occidet cum aliquo eorum astrorum, quæ antecedunt ipsum D: & occidat simul

cum astro N: assumaturq. K N circumferentia, quæ sit dimidij Signi pars. Quoniam autem Sole

manente in K puncto, astrum N vespertino occasu occidit: sed astro N occidente, & M

astrum etiam occidit: Quare Sole in K existente, astrum M vespertino occasu occidit: Rursus, quoniam Sole in loco H

existente, & astrum C vespertino occasu occidit: sed C occidente, & astrum D, vespertino ortu oritur: Quare

Sole in H loco manente, astrum D vespertino ortu oritur: sed D simul oritur cum ipso M astro: Quare Sole quidem in H manente, astrum M vespertino ortu oritur: sed Sole existente in loco K, astrum M vespertino

occasu occidit: Atque est circumferentia H C K, minor circumferentia K D H. Igitur ab occasu vespertino, ad ortum vespertinum, posterius: & ab ortu vespertino, ad occasum vespertinum, prius peruenit.


**B**

Partes orientales sūt in D puncto

Occidentales in C: Septentrio sit

A: & Meridies B.

\*9. Autolyci de Sphæra, q̄ mouetur.



Supponit n. cum N astro occidere.

6. Euclid. Phanom.

## SCHOLIUM PRIMUM

**A** **N** astro C occidente, & D per diametrum ipsi positum, oritur, per sextam Euclidis Phanom. sed cum astro D oritur quidem astrum E si-

*E simul: Quare astro C occidente, & ipsum E vespertino ortu oritur.*

## SCHOLIVM SECVNDVM.


**Q**UONIAM circumferentia  $HC$ , circumferentia  $kN$  aequalis est: utraque enim Signi dimidiū partem continet: sed  $CKN$  circumferentia minor est semicirculo: quare & circumferentia  $HC$   $K$  est etiam minor semicirculo: Igitur & reliqua  $KD$   $H$ , maior semicirculo est.

## PROPOSITIO IX.

**E**X astris, quæ in eodem feruntur circulo, quæcunque sub Zodiaco ad Septentrionales partes intercipiuntur, illa quidem minori tempore occulta erunt, quàm quæ sub Zodiaco sunt ad partes Meridionales.

*A, sit Septentrio: B, Meridies: D, oriens: C, occidēs.*


**S**IT Horizon circulus  $ABCD$ : Meridianus circulus sit quidem  $AB$ : Zodiacus sit  $CDH$ : & describatur circulus parallelus, qui sit  $EGF$ , atque in ipso sint duo astra, scilicet  $F$ , &  $G$ : quorum quidem astrum  $F$  sub Zodiaco sit borealius, & astrum  $G$  sit meridionalius: Dico, quòd  $F$  astrum minori tempore occultatur, quàm astrum  $G$ : Quoniam autem duo sunt astra, alterum quidem  $F$ : & alterum  $H$ : atque astrum  $F$  borealius est, quàm ipsum  $H$ : Est autem in Zodiaco ipsum  $H$ ; ideo minori tempore occultatur astrum  $F$ , quàm




*Vt ponit.*  
10. 1. lib.

F, quàm astrum H. Et quoniam in Meridiano duo sunt quoque astra, & alterum H, & alterum G: & est magis Boream versus astrum H, quàm astrum G, quoniam astrum **A** G meridionalius est: Igitur minori tempore occultabitur astrum H, quàm astrum G: sed astrum F occultatur minori tempore, quàm astrum H: Quare, & astrum F minori etiam tempore occultabitur, quàm astrum G:

## SCHOLIUM PRIMVM.

**A**  *ON* Solum astra accipiuntur in Horizonte borealiora, & meridionaliora ipso Zodiaco: sed etiam, ut hic, sub ipso Zodiaco accipitur astrum G meridionalius: quamuis non sit in Horizonte acceptum.

## PROPOSITIO X.

**X**  astris, quæ ex Orientis parte sub Zodiaco circulo intercipiuntur ad partes Septentrionales, & quibus cum, ea, quæ simul occidunt, ab iis, quæ cum iisdem simul oriuntur, minus dimidia Signi parte distent; illa quidem ab ortu matutino, ad ortum vespertinum, quinque mensium spatio perueniunt: & hoc tempore oriri videbuntur: Ab ortu autem vespertino, ad occasum matutinum, pluribus diebus, quàm triginta, veniunt: & hoc tempore occultabuntur: At ab occasu matutino, ad occasum vespertinum, quinque mensibus veniunt: & hoc tempore occidere conspicientur: Ab occasu autem vespertino, ad ortum matutinum, paucioribus diebus, quàm triginta peruenient: & hoc quidem tempore

tempore occultabuntur.

IT Horizon circulus AB: Zodiacus autem sit CD:

S & sit astrum aliquod E in Horizonte, ex parte Oriē

tis Septentrionem versus: Iam astrum E oritur quid-

dem simul cum D astro, non autem simul occidit cum eo:

quare occidit simul cum aliquo eorum, quæ consequuntur

ipsum D: & simul occidat cum astro F: Est igitur FD mi-

nor dimidio Signo: Hoc enim in ipsa Propositione suppo-

ni voluit Auctor: & auferatur DG circumferentia, quæ di-

midium Signum contineat: quinetiam CH: Sit autem F as-

tro per diametrum astrum K: auferaturque dimidij Signi

circumferentia KM: & etiam circumferentia NDF: Quo-

nam verò Sole in puncto G manente, astrum D, & † astrum

E, matutino\* ortu oriuntur. Rur-

sus, quoniam Sole in H puncto

existente, astrum C occasu† ves-

pertino occidit: ante enim oc-

cidit H, quàm ipsum C astrum:

sed occidente C: & astrum D,

quinetiam ipsum \* E oritur: So-

le igitur in H manente, astrum

E vespertino ortu oritur: Qua-

re astrum E ab ortu matutino,

ad ortum vespertinum, eo tempore peruenit, quo Sol cir-

cumferentiam HG perambulat: atque est circumferentia

HG quinque Signorum: quinque mensibus igitur astrum

E illam percurrit: Et quoniam Sole in M puncto existente,

astrum quidem K ortu matutino oritur: prius namque

oritur k, quàm astrum M: sed oriente k astro, & F occi-

dit: quin etiam † E: quare Sole in M puncto manente, astrum

E occasu† matutino occidit: Astrum igitur E ab ortu vesper-


tino, ad occasum matutinum, eo tempore accedit, quo Sol

circumferentiam MCH pertransit: atque est HCM cir-

cumferentia, maior vno \* Zodiaci Signo: Quare astrum E

pluribus, quàm triginta diebus illam pertransit: Rursus

autem,



9. Autoly-  
ci de Sphæ  
ra, quæ mo  
netur.

Septentrio  
sit A: Me-  
ridies B.  
Oriens sit  
versus D:  
Occidens  
versus C  
punctum.

† Simul. n.  
oriuntur,  
& D, & E  
astrum.

\* Diff. 5. 1.  
libri.

† 8. diff. 1. li  
bri.

\* 6. Phæ-  
nom. Eucli  
dis.

Veluti an-  
tegre diēs.

† Simul. n.  
occidit F  
astrum, &

E.

† Diff. 6. 1.  
libri.

\* Id est, plus  
quàm 30.

Grad. con-  
tinet.

A




autem, quoniam Sole in N puncto manente, astrum F occasu vespertino occidit: prius enim occidit ipsum N, quam astrum F: sed F occidente, & astrum E occasu vespertino occidit. Quare Sole in N manente, astrum E occasu vespertino occidit: Ab occasu igitur matutino, ad occasum vespertinum eo tempore venit astrum E, quo tempore Sol circumferentiam MN percurrit: atque est circumferentia MN quinque Signorum: quinque igitur mensibus illa percurrit: Denique ab occasu vespertino ad ortum matutinum tunc astrum E peruenit, quando Sol circumferentiam NDG pertransit: & astrum E etiam occultatur: est autem circumferentia NDG minor, quam integrum Zodiaci Signum.

Diff. 8. 1.  
libri.

Idest, minor, quam  
30. Grad.


## SCHOLIVM PRIMVM.

A  manifestum est, quod astrum E occultabitur, quo tempore Sol circumferentiam HCX percurrit: Quoniam autem Sole in H manente, astrum E ortu vespertino oritur, scilicet postremo apparet oriri: & Sole existente in puncto X, astrum E occasu matutino occidit, videlicet primo occidere conspicitur: Quare astrum E occultabitur, Sole circumferentiam HCX percurrente.

Diff. 7. 1.  
libri.

Diff. 6. 1.  
libri.

## SCHOLIVM SECVNDVM.

B  Voniam verò astrum K per diametrum est positum ipsi F astro: circumferentia igitur kDF sex Signa continet, videlicet Sol sex Signa spatio sex mensium pertransit: ex quibus ablata circumferentia KM, quae dimidium Signum continet: Reliqua igitur M D F quinq. Signa: & insuper Signi dimidium continet: Sed & ablata

ve positum  
est.

H circum-

circumferentia  $N D F$ , quæ dimidium Signum continet:  
Reliqua igitur  $N N$  circumferentia quinq; Signa habet:  
quæ quidem Sol quinque mensibus pertransit:

### SCHOLIUM. III.



Quoniam circumferentia  $N D F$  assumpta est vi  
dimidium Signum: ideo circumferentia  $N D$  est C  
minor dimidio Signo: Est autem  $D G$  circumse-  
rentia dimidium Signum: Quare tota  $N D G$  integro  
Signo Zodiaci minor est.

### PROPOSITIO XI.




Væcunq; astra sub Zodiaco ad partes Me-  
ridionales intercipiuntur, si quæ cum his  
simul oriuntur, ab his, quæ simul cum  
iisdem occidunt, minori circumferentia dimidio  
Signo distauerint, ista quidem ab ortu matutino  
facient consequentem ortum vespertinum: rur-  
sus occasum matutinum, paucioribus quàm tri-  
ginta diebus: deinde occasum vespertinū, postea  
ortum matutinum, & maiori tempore occulta-  
buntur, quàm quæ in circulo Zodiaco sunt col-  
locata astra.

\*9. Autoly  
ci de Sphæ-  
ra, quæ mo-  
uetur.

† Minor  
grad. 15.  
vt Auctor  
in Propo-  
sit. suppo-  
nit.

IT Horizon circulus  $A B$ : Zodiacus autē sit  $C D$ :  
S & sumantur in Oriente duo astra, quæ sint  $D$ , &  $E$ :  
atq; astrum  $E$  simul quidem oriatur cum astro  $D$ ,  
non autem\* simul occidat: sed prius occidat astrum  $E$ : occi-  
dat igitur simul cum aliquo eorum astrorum, quæ antegre-  
diuntur astrum  $D$ : atq; occidat simul cū  $F$  astro: Circumse-  
rentia igitur  $F D$  minor † est dimidia Signi parte. Sit autē  
ipsi  $F$  per diametrum astrum  $G$ : & circumferentia igitur  
CG di-

C G dimidio Signo minor est: Auferatur autem C H circumferentia, quæ dimidium Signum contineat: & similiter circumferentia G C M: & etiam D N: & deniq. F P. Quoniam itaque Sole in N manente, astrum D matutino ortu oritur: quinetiam E matutino ortu oritur. Rursus autem, quoniam Sole in H puncto existente, astrum C vespertino occasu occidit. Sed C quidem occidente, astrum D oritur: & etiam astrum E oritur. Sole igitur in H puncto manente, & C astro occidente, astrum E ortu vespertino oritur. Rursus, quoniam Sole in loco M existente, astrum G ortu matutino oritur: at oriente G astro, & ipsi per diametrum positum F, occidit: occidente verò F astro, astrum E etiam occidit: quare Sole in M loco manente, astrum E occasu matutino occidit: atq. est circumferentia H G C M Zodiaci Signo minor: Rursus autem, quoniam Sole in P puncto manente, astrum F occasu vespertino occidit: sed occidente astro F, & astrum E etiam occidit: Sole igitur in P puncto manente, astrum E occasu vespertino occidit: Ab occasu igitur vespertino, ad ortum matutinū, peruenit astrum E eo tempore, quo Sol circumferentiam P D N deambulat: atque est circumferentia P D N maior quidem, quàm Zodiaci Signum.



\* Oriens sit  
D punctū:  
Occidens  
C: Septēt.  
sit A: Mer-  
rid. vero B.  
† Diff. 5. 1.  
libri.

\* D n. & E  
simul oriū-  
tur, vt est  
suppositū.  
† Diff. 5. 1.  
libri.

\* 6. Euclid.  
Phanom:  
† Diff. 7. 1.  
libri.

\* Suppositum. n. est  
F cū E oc-  
cidere.

† Diff. 6. 1.  
libri.

\* Vt pos-  
tum est.

Maior gr.  
30.


## PROPOSITIO XII.

**A** X astris, quæcunq. sub Zodiaco ex Orientis parte comprehenduntur Meridiem versus, ita vt quæ simul cū his oriuntur, ab his, quæ simul cum iisdem occidunt, Signi Zodiaci vnus circumferentia distent: illa quidem eadem nocte, & vespertina oriuntur, & matutina occidunt:


cidunt : & maiori tempore occultabuntur, quàm quæ sunt in Zodiaco astra .

*Partes Orient. sint versus D : Occidentales vers. C punctum : A sit Septentrio : B punctum Meridies .*  
† 9. *Autolyci de Sphæra, quæ moventur .*  
*\* Ut supponit Auctor in Propos. † Diff. 5. 1. libri .*  
*\* Simul. n. oriuntur, ut supponit. † Diff. 8. 1. libri .*  
*\* 6. Euclid. Phenom. † Diff. 7. 1. libri .*  
*\* Per diametrum sūt. Simul. n. occid. suppositū est . † Diff. 6. 1. libri .*  
*\* Diff. 8. 1. libri .*


IT Horizon A B : Zodiacus circulus sit C D : atq. S in Oriente sit astrum E Meridiem versus : & astrū E simul cum D oriatur, non autem † simul occidat : quare cum aliquo eorum, quæ ipsum D antecedunt, simul occidet : & simul occidat cum F astro : Circumferentia igitur F D vnum\* Signum continet. Sit ipsi F astro per diametrum astrum G : Quare circumferentia C G etiam vnum Signum continet : Secetur C G bifariam in puncto H : & sumatur circumferentia F K, quæ dimidium Signum contineat : & similiter D M : Quoniam verò Sole in M puncto existente astrum D ortu matutino oritur : & etiam\* E astrum. Rursus, quoniam Sole in loco H manente, astrum C occasu vespertino † occidit : Dimidium etenim Signum continet C H circumferentia : sed astro C occidente, astrum D contra\* oritur, quinetiã astrum E : Quare Sole in loco H existente, astrū E ortu vespertino † oritur. Iam rursus, quoniam Sole in puncto H manente, astrum G ortu matutino oritur : sed G oriente, astrum\* F occidit : sed F occidente, etiam E astrum † occidit : quare Sole in loco H existente, astrum E occasu matutino † occidit : Verum existente Sole in loco H, astrum E ortu vespertino oritur. Vna igitur nocte astrum E, & ortu vespertino oritur : & occasu matutino occidit : Deniq. rursus, quoniam Sole in loco K manente, astrum F occasu\* vespertino occidit : sed F astro occidente, & astrum E etiam occidit : Sole igitur in loco K manente, astrum E occasu vespertino occidet : Verum manente etiam Sole in M puncto, astrum E ortu matutino oritur. Occultabitur igitur astrum E, Sole circumferentiam K D M deambulante.




## SCHOLIVM PRIMVM

A  Ecessario addidit Auctor, (Qua versus Meridiē sunt, ita, vt quæ simul cum his oriuntur astra, ab iis, quæ simul cum iisdem occidunt, Signi vnus circumferentia distent: ) Etenim nullum eorum astrorum, quæ in Zodiaco circulo sunt, neq. etiam quæ sunt ad Septentrionem, videbitur in vna nocte, aut vespertinum oriri, aut matutinum occidere: vt in Proposit. XI. primi lib. patet.


## SCHOLIVM II.

B  Ol etenim sub Terram manet, quo tempore fit ab astro E, & ortus vespertinus, & occasus matutinus: Quare merito eadem nocte astrum E, & vespertinum oritur: & matutinum occidit.

## PROPOSITIO XIII.

 X astris, quæcunq. sub Zodiaco ex Occidētis parte intercipiuntur Septentrionē versus, vt si quæ cum his simul occidūt, ab iis, quæ cum iisdem simul oriuntur astris, minori circumferentia dimidio Signo distauerint: illa quidē ab ortu matutino, facient consequētem ortum vespertinum. Rursus occasum matutinum; postea occasum vespertinum: & minori tēpore occultabuntur, quàm quæ in Zodiaco circulo sunt astra.

Oriens sit  
D: Occidēs  
C: Septentrio  
A: & Merid. B.  
\*9. Autoly  
ci de Sphe  
ra, quæ mo-  
uetur.

 IT circulus Horizon A B: Zodiacus circulus sit CD: & sit astrum E versus Occasum C, ad Septentrionē sitū, quod simul quidē occidit cū astro C, sed simul oriatur cū aliquo eorū,\* quæ antegrediūtur ipsum C  
astrum

Vt supponitur in p. posit.

\*Astra. n. E, & F simul oriuntur, vt supponitur.


† Est. n. G ipsi F per diametrum: & F oriente: ipsū G occidit.

\*6. Euclid. Phenom.

† Diff. 6. 1. libri.

\* Diff. 8. 1. libri.

astrum: & oriatur cum astro F: Circumferentia igitur FC minor dimidio Signo est. Sit autem ipsi F per diametrum positum astrum G: & auferatur circumferentia CH, quæ dimidium Signum contineat: quinetiam KC circumferentia: & insuper MG: & denique DN: Quoniam autem Sole manente in loco K, astrum F ortu matutino oritur, quinetiam \* astrum E: Rursus, quoniam Sole in M manente, astrū G occasu vespertino occidit: & astrum F ortu vespertino oritur: quinetiam † astrum E: Rursus, quoniam Sole manente in loco N, astrum D ortu matutino oritur: Sed D astro oriente, & astrum \* C occidit: quinetiam E astrum occidit: Quare Sole in loco N existēte, astrum E occasu matutino occidit. Rursus, quoniam Sole in loco F manente, astrum C occasu vespertino \* occidit: & astrum E etiā occasu vespertino occidit: sed manente Sole in loco K, astrum E ortu matutino oritur. Quare ab ortu matutino ad ortum vespertinum astrum E peruenit: & ab ortu vespertino ad occasum matutinum, & ab occasu matutino ad occasum vespertinum: & occultatur eo tempore, quo tempore Sol circumferentiam FCK deambulat, quæ quidem est minor Zodiaci Signo. Quare minori tempore occultum manet, iis, quæ sunt in Zodiaco astra.



## SCHOLIUM PRIMVM.


9. Autoly-  
ci de Sphe-  
ra, q̄ mo-  
uetur.



Um enim astrum E sic magis Septentrionale, vt ponitur: quare astro E occidente simul cum astro C, & oriente, astrum C sub Terrā est. Sunt autem antegredientia puncta, ab ipso C incipiendo, ipsa F, & N: Quare astrum E simul oritur cum antegrediente ipsum C, id est cum ipso F astro.

SCHO-


## SCHOLIUM II.

**B**  Noniam est demonstratum, quòd Sole in loco *F* manente, astrum *E* postremo occidere videtur: & primo\* oriri conspicitur, Sole existente in puncto *K*: quare occultatur, Sole deambulante circumferentiam *FC* *K*, quæ minor est Zodiaci Signo.

Idest, occasu vesperino occidit.

\* Idest, ortu matutino oritur.

## PROPOSITIO XIV.

**E**  X astris, quæcunque ex Occidentis parte Septentrionem versus intercipiuntur, ut si quæ cum his simul occidunt, ab iis, quæ simul cum iisdem oriuntur, Zodiaci Signo distauerint; illa quidem non occultabuntur: sed eadem nocte, & matutina oriri, & vespertina occidere conspicientur: (Quinetiam maiori tempore occultabuntur, iis, quæ in circulo Zodiaco sunt: & quæ ortum vespertinũ: & occasum matutinũ faciunt.)


[ Hæc non leguntur in aliis Vaticanis exemplaribus græcis, manuscriptis: ]


& videntur abundare.

\*9. Autoly ci de Sphæra, quæ mox uenit.

† Ut supponit in Propositione.

Oriens sit punctũ *D*; Occidens, *C*; Septentrio, *A*; & Meridies,

**S**  IT Horizon circulus *AB*: Zodiacus autem sit *CD*: & sit astrum *E* in Occidentis parte versus Septentrionem situm, quod quidem cum astro *F* simul oriatur: & cũ \* astro *C* simul occidat: Circumferentia igitur *CF* vnum † Signum continet. Dico, quòd astrum *E* non occultabitur: sed eadem nocte & matutinum oritur: & vespertinum occidit. Sit namque ipsi *F* per diametrum astrum *G*: seceturque circumferentia *CF* bifariam in puncto *H*: & assumatur *KG* circumferentia, quæ dimidium Signum contineat, & etiam



*DL*:

DL: Quoniam autem Sole manente in loco H, astrū F ortu matutino oritur, & astrum E igitur \* ortu matutino oritur: sed astrum C occasu vespertino occidit: Quare & E astrum etiam occasu vespertino † occidit: Eadē igitur nocte astrum E & matutinū oritur, & vespertinum occidit. Rursus, quoniam Sole in loco K existente, astrum G vespertinum\* occidit: sed astro C occidente, & ipsi per diametrum † positum astrum F oritur: & etiam E astrum oritur: quare Sole in loco K manente, astrum E ortu vespertino\* oritur: Rursus iam, quoniam Sole in L puncto manente, astrum D ortu matutino † oritur: sed D astro oriente, & huic per diametrum positum astrum C occidit: quin etiam E occidit: Quare Sole in L puncto existente, astrum E occasu matutino\* oritur:

\* Simul. n. oriuntur astra F, & D: vt ponitur.

† Simul. n. occidit E, & C astra, vt ponitur.

\* 8. diff. 1. libri.

† 6. Phænom. Euclidis.

\* Diff. 7. 1. libri.

† Diff. 5. 1. libri.

\* Diff. 6. 1. libri.

## PROPOSITIO XV.



X astris, quæcunq. sub Zodiaco ex Occidentis parte Septentrionē versus intercipiuntur, vt si cum his simul occidentia, ab his, quæ cum iisdem simul oriuntur astra, maiori circumferentia vno Zodiaci Signo distauerint; illa quidem non occultabuntur: sed eadem nocte, & matutina oriuntur, & vespertina occidunt, ab ortu matutino vsque ad occasum vespertinum.

Oriens sit D: Occidēs, C: Septentrio, A: Merid. B.

IT Horizon AB: Zodiacus circulus sit CD: & S astrum aliquod sit E in Occidentis parte situm, versus Septentrionem, quod quidem cum astro C simul occidat, sed cum F astro simul oriatur: sit verò CF circumferentia maior vno Zodiaci Signo. Dico, quòd astrum E non occultabitur: sed eadem nocte, & vespertinum occidet, & matutinum oriatur. Assumatur siquidem circumferentia CG, quæ dimidium Signum contineat: & etiam HF. Sit verò ipsi F per diametrum astrum K: & sumatur dimidij Signi circumferentia KM, & circumferentia DN. Et quo-




quoniam Sole in loco G manente, astrum C occasu\*vesper- \*Diff. 8. 1.  
tino occidit: quinetiam † E astrum, occasu vespertino occi libri.

dit. Rursus, quoniam Sole existente in loco H, astrum F † Supponi-  
ortu matutino oritur, & etiam E ortu \* matutino oritur: tur.n.E, &

Quare Sole circumferentiam H G deambulante, a- C simul oc  
strum E, & ortu matutino oriri, & occasu vespertino occi- cidere.

A dere videtur. Rursus, quoniam Sole in loco M existente, astrum K occasu vespertino occidit: & astrum F vespertino ortu oritur: & etiam igitur astrum E, † ortu vespertino oritur. Rursus iam, quoniam Sole in loco N existente, astrum D matutino ortu oritur: sed C astrum\*occasum matutino occidit: Quare astrum e-



Per diame-  
trum.n.est  
ipfi K, vt  
positū est.  
† Nam F:  
& E astra,  
ortu matu-  
tino oriun-  
tur.

B tiam E occasu matutino occidit: Circumferentiam igitur H C Sole percurrente, astrum E oriri conspicitur: sed deambulante N F G, occidere videtur: Quare Sole deambulante circumferentiam H G, astrū E & oriri, & occidere videtur. \* 6. Pha-  
nom. Eu-  
clidis.

## SCHOLIVM PRIMVM.

A **R** Ecte siquidem Sole in loco H manente, astrum E mane oriri primò apparuit: praesertim F astro distante à Sole dimidiū Signi intervallo: Non igitur etiam magis apparet astrum E mane, F astro magis à Sole distante? Rursus, quoniam Sole in loco G manente, astrum E postremò apparuit vesperi occidere, atque etiam quidem magis distante à Sole astro C, vesperi magis astrum E, occidere videtur. Quando igitur Sol inuentus fuerit in quocunque puncto circumferentia HC, astrum E eadem nocte, & oriri mane, & vesperi occidere conspicitur: (Indif-

Ex scholio antiquo.

tur, & occasu vespertino occidit: Nam in medio circumferentia  $H-C$  Sole manente, astrum  $E$  apparet tantum, non autem etiam vel matutinū oriri, vel vespertinum occidere.)

## SCHOLIUM SECVNDVM.



**T**enim quanto magis Sol ab astro  $D$  distauerit, tanto magis videtur astrum  $E$  occidere, quousque Sol ad locum  $C$  accesserit: Ibi enim Sol cum erit, astrum  $E$  postremo occidere conspicitur. B

## PROPOSITIO XVI.




**R**X astris, quæ sub Zodiaco ex Occidentis parte Meridiem versus intercipiuntur, vt si quæ cum his simul occidunt, ab his, quæ simul cum iisdem oriuntur, minori circumferentia distauerint dimidio Signo; illa quidem ab ortu matutino, consequentem ortum vespertinum faciunt: Deinde occasum matutinum; rursus occasum vespertinum: & maiori tempore occultabuntur; quàm quæ in Zodiaco circulo sita sunt astra.

Oriens sit  
D: Occid.  
C: Septentrio. A: Meridies B.

**S**IT Horizon circulus  $AB$ : Zodiacus sit  $CD$ : & sit astrum  $E$  ex Occidentis parte Meridiem versus, quod quidem simul occidat cum astro  $C$ : simul autem oriatur cum aliquo eorum astrorum, quæ consequuntur ipsum  $C$ : & simul oriatur cum  $F$  astro. Sit autem  $CF$  circumferentia minor dimidio Signo: & ipsi  $F$  sit per diametrum punctum  $G$ : & sumatur circumferentia  $DH$ , quæ sit dimidij Signi circumferentia: & similiter  $GK$ , & insuper  $FM$ : & denique  $CN$ : Et quoniam Sole in loco  $M$  existente,


A

stente, astrum F ortu matutino oritur: quinetiam astrum E ortu matutino oritur. Rursus, quoniam Sole in K manente astrum G occasu vespertino occidit: & astrum F ortu \* vespertino oritur, quinetiam astrum E. Rursus, quoniam Sole in loco H existente, astrum D ortu matutino oritur: sed D oriente, & C astrum † occidit: quinetiam \* astrum E: Quare Sole in H manente, astrum E occasu matutino occidit: Rursusiam, quoniam Sole in N manente, astrum C occasu vespertino † occidit: & etiam astrum E. Quare quo tempore Sol N C M circumferentiam deambulat, astrum E occultatur: & est N C M circumferentia maior Zodiaci Signo. Astrum igitur E maiori tempore occultabitur, quàm quæ sunt in circulo Zodiaco sita astra.




Simul. n. E  
& F oriri  
positū est.  
\* Per dia-  
metrum n.  
est ipsi F.  
6. Euclid.  
Phenom.  
\* Simul. n.  
occidere  
positum est  
& C, &  
E, astra.  
† Diff. 8. 1.  
libri.

### SCHOLIUM PRIMVM.

**A**  Quoniam verò C astrum prius oritur, quàm astrum E: Igitur C oriente, astrum E etiam sub Ter-ram est: quare E simul quidem oritur cum aliquo eorum astrorum, quæ consequuntur ipsum C, videlicet cum ipso F simul oritur: Et partes occidentales sunt versus C punctum: Mundus autem ab Ortū conuertitur ad Occasum, videlicet à D puncto ad partes ipsius C: Ideo consequentia astra ab Occasu ad Ortum sunt, quæ videlicet à puncto C ad partes F, & M tendunt:

9. Autoly-  
ci de Sphæ-  
ra, quæ mo-  
uetur.

### SCHOLIUM II.

**B**  Tenim Sole in loco N existente, astrum E postremo apparuit occidere: quare non apparet deinde, quousq. Sol ad punctum M accesserit: Tunc

Diff. 8. 1  
libri.

*enim primo oriri videtur . Quare Sole circumferentiã totã  
N C M deambulante , aſtrum E occultum latebit .*

## PROPOSITIO XVII.



**X** aſtris, quæcunque ſub Zodiaco ex Occidentis parte intercipiuntur Meridiem verſus, vt ſi quæ cum his ſimul occidunt; ab his, quæ cum iſdem ſimul oriuntur, vnius Signi circumferentia diſtent, illa quidem eadem nocte, & vespertina oriri, & matutina occidere videntur: & maiori tempore occultabuntur, quàm quæ in circulo Zodiaco ſunt aſtra,


*Oriens ſit  
D: Occidēs  
C: Septentrio,  
A: Merid. B.*

**S** I F Horizon A B: circulus Zodiacus C D: & aſtrum aliquod ſit E ex Occidentis parte verſus Meridiẽ, quod quidem ſimul cum C occidat: quare ſimul oriatur cum aliquo eorum aſtorum, quæ ipſum C conſequentur: & ſimul oriatur cum aſtro F: ſit autem C F circumferentia vnius Signi Zodiaci. Sit etiam ipſi F per diametrum poſitum aſtrum G: Seceturque bifariam G D, in puncto H: aſſumaturque dimidij Signi circumferentia, quæ ſit F K, & inſuper C M: Quoniam autem Sole in loco H manente, aſtrum D matutino ortu oritur: Igitur aſtrum E occaſu matutino occidit: Rurſus, quoniam Sole in loco H exiſtente, aſtrum G vespertinum occidit: ſed G aſtro occidente, & F,

*Diff. 8. I.  
libri:*

*Per diame  
trũ ſunt.*


ortu vespertino oritur. Quare aſtrum E eadem nocte, & matutinum occidit, & vespertinum oritur: Rurſus, quoniam Sole in loco M manente, aſtrum C occaſu vespertino occidit:




cidit: quare & E etiam occasu vespertino occidit. Rursus autem, quoniam Sole in loco K existente, astrum F matutinum oritur: quare & E astrum etiam \* matutino ortu oritur: Igitur occultabitur E astrum, quo tempore Sol circumferentiam M C K percurrit: atque circumferentia M C K duo continet Zodiaci Signa. Quare astrum E maiori tempore occultabitur, quàm quæ sunt in Zodiaco astra.

*Simul. enī  
occidere,  
astra C, &  
E positum  
est.  
\*Simul. n.  
oriri astra  
F, & E do  
situm est.*

## SCHOLIUM PRIMVM.

**A**  Quoniam D astro oriente, & astrum C, ipsi D per diametrum positum, occidit, per sextam Euclid. Phenom. quare oriente D astro ortu matutino: & C occidet occasu matutino. Et quoniam positum est astrum E simul occidere cum astro C: Quare & ipsum astrum E occasu matutino occidit.

## PROPOSITIO XVIII.

**A**  X astris, quæcunq. sub Zodiaco ex Occidentis parte intercipiuntur Meridiem versus, vt si quæ cum his simul occidūt, ab iis, quæ cum iisdem simul oriuntur, maiori circumferentia vno Zodiaci Signo distent: illa quidem ab ortu matutino, ad occasum matutinum venient; deinceps ad ortum vespertinum; postea ad occasum vespertinum: & eadem nocte oriri, & occidere videbuntur ab occasu matutino vsque ad ortum vespertinum: & occultabuntur maiori tempore, quàm quæ in circulo Zodiaco sunt posita astra.

Oriens sit  
D: occidēs  
C: Septen-  
tr. A: Me-  
ridies.


\*9. Autoly-  
ci de Sphæ-  
ra, quæ mo-  
uetur.

† Simul. n.  
oriri astra  
F, & E po-  
situm est.


Diff. 8. 1.  
libri.

Sunt enim  
per diame-  
trum.

IT circulus Horizon A B: Zodiacus circulus sit  
S C D: & sit aliquod astrum E ex Occidentis parte,  
Meridiem versus: quod quidem simul occidat cum  
astro C: & oriatur simul \* cum F astro: Sit autem circum-  
ferentia C F maior vno Signo Zodiaci: Ipsi autem F sit per  
diametrum astrum G: & sumatur dimidij Signi circumfe-  
rentia G H, & K D: quinetiam F M: & denique C N:  
Quoniam autem Sole manente in loco M, astrum F matu-  
tinum oritur: quinetiam E matutinum oritur: Rursus,  
quoniam Sole in loco K manen-  
te, astrum D matutino ortu orit-  
tur: & ipsum per diametrum  
manens C, matutino occasu oc-  
cidit. Quare astrum E matuti-  
no occasu occidit. Iam rursus  
quoniam Sole in loco H manen-  
te, astrum G vespertino occasu  
occidit: sed G astro occidente,  
& astrum F vespertino ortu orit-  
tur: Igitur & astrum E vespertino ortu oritur. Quare Sole  
circumferentiam K H deambulante, astrum E eadem no-  
cte, & oritur, & occidit. Rursus, quoniam Sole in loco N  
manente, astrum C vespertino occasu occidit: & etiam as-  
trum E: sed manente Sole in loco M, matutino ortu ori-  
tur. Quare maiori tempore astrum E occultabitur, quando  
circumferentiam N C M Sol perambulat: circumferentia. n.  
N C M est maior, quàm duo Zodiaci Signa: Quare, &c.



Autolyçi de vario ortu, & occasu astrorum  
inerrantium, libri secundi, finis.



# Regestum.

† A B C D E F G H I.

*Omnes sunt quaterniones, † sexternio.*



SUPERIORVM PERMISSV.

---

ROMÆ, Typis Vincentij Accolti, in Burgo.  
M. D. LXXXVIII.

Regelsum.

† A B C D E F G H I.

Omnia sunt pariter, et sexennio.



SVPERIORVM FERMISSA.

ROME, Typis-Vincenij Accolti, in Burgo.  
M. D. C. LXXVII.



